BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO ORIENT.
37
43 A
19
- MAG. 303

Digitized by Google

Digitized by Google

LEXICON
HEBRAICUM
ET
CHALDÆO-BIBLICUM

ORDINE ALPHABETICO TAM PRIMIGENIA, QUAM DERIVATA VETERIS TESTAMENTI HEBRAICA, ET CHALDAICA VERBA, ET LATINAS EORUMDEM INTERPRETATIONES

EX JOHANNIS BUXTORFII

ALIORUMQUE ERUDITISSIMORUM VIRORUM OPERIBUS EXCERPTAS

EXHIBENS

DIGESSIT, MULTISQUE AUXIT, ATQUE ILLUSTRAVIT

FR. JOSEPHUS MONTALDI

ORD. PRÆDICATORUM

ROMÆ IN COLLEGIO GERMANICO

CONTROVERSIARUM FIDEI, ET HEBRÆÆ LINGUÆ PROFESSOR

TOMUS QUARTUS

ש *ad* ת

ROMÆ MDCCLXXXIX.
EX TYPOGRAPHIA JO. ZEMPEL.

SUMPTIBUS NATALIS BARBIELLINI BIBLIOPOLÆ IN FORO PASQUINI.

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

ש

ש *Litera bujusmodi occurrit ſæpiſſime cum puncto in dextro cornu, ita ſcilicet,* שׁ*: & tunc profertur ut* Sc *latinum; vel ut σχ græcum, aut* Sch *Germanorum, & cum ſtridore quodam: Quandoque vero legitur cum puncto in ſiniſtro cornu, ita* שׂ*: & tunc eumdem ferme ſonum obtinet ac* Samech; *reſpondet propterea literæ latinæ* S. *Hinc quidam τὸ* שׂ Sin *pro litera ſpuria habent, utpotequæ ſæpe cum* Samech *permutatur. Cæterum, ut notat Guarin, literam illam, ſive in dextro, ſive in ſiniſtro cornu punctum habeat, Græci per Σ, Latini per S ſemper exprimunt. Unde S. Hieronymus comment. in Epiſt. ad Titum:* Nos, *inquit*, & Græci unam tantum literam S habemus: illi vero, *Hebræi ſcilicet*, tres: Samech, Sade, & Sin, quæ tres diverſos ſonos poſſident. *Hæc ipſa litera non ſemel, ſed in Salomonis præcipue ſcriptis, eſt pronomen conjunctum utriuſque generis, & numeri, quod non nominibus tantum, verum & omnibus promiſcue verbis in præterito, participio, & futuro præfigitur; eſtque decerptum ex integro relativo pronomine* אֲשֶׁר, *ejuſque vices gerit, ac eamdem habet ſignificandi poteſtatem. Poſtulat autem ſub ſe* Sægol, *&* Dageſc *in litera, quæ ſequitur; ſic e. g.* כַּרְמִי שֶׁלִּי vinea mea, quæ *erat* mibi, Cant. 1. v. 6., שֶׁגָּלְשׁוּ quæ detondent, *& juxta Vulg.* aſcenderunt, Cant. 4. v. 1., שֶׁנַּעֲשָׂה quod factum eſt, Eccleſ. 1. v. 9. *Item cum* Pathach *loco* Sægol,

Jud. 5. v. 7., *ita ſcil.* עַד שַׁקַּמְתִּי donec ſurrexi. *Ante gutturalem vero purum* Sægol *poſtulat ſine* Dageſc; *ut* שֶׁאָהֲבָה quem diligit, Cant. 1. v. 7., שֶׁהוּא עָמֵל quo ipſe laborabat, *ſive* cruciatus eſt, Eccleſ. 2. v. 22., *& aliquando cum* Sceva *loco* Sægol, *ut* שְׁהֶם־בְּהֵמָה quod ipſi cum beſtiis, Eccleſ. 3. v. 18. *Præterea* ש *præfix. ſumitur etiam*: 1°. *pro relativo* Ille qui, illa quæ, illud quod, *ut* אַשְׁרֵי שֶׁאֵל, Pſalm. 146. v. 5., Beatus ille, cujus Deus; מַה־שֶּׁהָיָה הוּא שֶׁיִּהְיֶה וּמַה־שֶּׁנַּעֲשָׂה הוּא שֶׁיֵּעָשֶׂה, Eccl. 1. v. 9., & quid *eſt* illud, quod fuit? idem illud, quod futurum eſt: & quid illud, quod factum eſt? idem illud, quod faciendum eſt: וְעַל שֶׁבַּכְּרָמִים לְאֹצְרוֹת הַיַּיִן, 1. Paral. 27. v. 27., & ſuper eo, quod ex vineis; ſuper theſauris vini: 2°. *pro* Donec, uſque dum, *ut* Jud. 5. v. 7., שַׁקַּמְתִּי אֵם בְּיִשְׂרָאֵל donec ſurrexi mater in Iſrael: 3°. *pro* Nam, quia, *ut* שַׁלָּמָה אֶהְיֶה, Cant. 1. v. 7., nam quare eſſem? *Item* שֶׁהֵם, Thren. 4. v. 9., quia, quoniam hi: 4°. Quod, quum, quando, ut, *ſic* אַל־תִּרְאוּנִי שֶׁאֲנִי שְׁחַרְחֹרֶת, Cantic. 1. v. 6., ne aſpiciatis me, quod ego *ſim* pernigra, *ſive* fuſca: שֶׁיִּפֹּל, Eccleſ. 4. verſ. 10., quum ceciderit: שֶׁהֵם, Cant. 6. v. 5., quando ipſi: שֶׁיֹּאכַל, Eccleſ. 2. v. 24., ut comedat: שֶׁיִּרְאוּ, Eccleſ. 3. verſ. 14., ut timerent: *Componitur etiam cum præfixis*; *ut* שֶׁבְּשִׁפְלֵנוּ, Pſalm. 136. verſ. 23., qui in dejectione, *ſive* humilitate noſtra: שֶׁבַּכְּרָמִים, 1. Paralip. 27. v. 27., illud, quod ex vineis: בְּשַׁגַּם הוּא בָשָׂר, Geneſ. 6. verſ. 3., quandoquidem, quia certe ipſe caro *eſt*: בְּשֶׁכְּבָר, Eccleſ. 2. verſ. 16., quandoquidem, quæ jam *ſunt*: כְּשֶׁבָּא, Eccl. 5. v. 14., ſicut, quemadmodum venerat: כְּשֶׁהָיָה, Eccl. 12. v. 7., quemadmodum fuit: מִשֶּׁתִּדּוֹר, Eccleſ. 5. v. 4., quam ut voveas: *Componitur item cum particulis ſeparabilibus*, *ut* שֶׁאֵין, Pſal. 146, v. 3., qui non; שֶׁגַּם, Eccl. 1. v. 17., quod etiam: *Tandem litera* ש *utuntur Hebræi ad numerum* tercenteſimum *deſignandum*.

שָׁא, שְׁאִי *Vide ſupra pag. 799., &c.*

שָׁאַב Hauſit: *Præt. plur.* וּשְׁאַבְתֶּם־מַיִם & haurietis aquas, Iſa. 12. verſ. 3. *Partic.* שֹׁאֵב מֵימֶיךָ uſque ad haurientem, *ſive* hauſtorem aquæ tuum, Deut. 29. v. 10. *Plur.*

Conſtr.

conſtr. וְשֹׁאֲבֵי־מַיִם & haurientes aquam, Joſ. 9. verſ. 21. *Plur. fœm.* הַשֹּׁאֲבֹת, Geneſ. 24. v. 11., quæ hauriebant, *ſive* quæ erant hauſturæ: *Infinit.* לִשְׁאֹב מָיִם ad hauriendum aquas, Gen. 24. v. 13. *Imper. fœm.* שַׁאֲבִי hauri, Nahum. 3. v. 14. *Futur. in pauſa* אֶשְׁאָב hauriam, Geneſ. 24. vv. 19. 44., וַתִּשְׁאַב, Geneſ. 24. v. 20., *& in pauſa* וַתִּשְׁאָב, Geneſ. 24. v. 45., & hauſit: *Plur.* וַיִּשְׁאֲבוּ־מַיִם & hauſerunt aquam, 1. Sam. 7. verſ. 6., *& cum* Nun *paragog.* יִשְׁאֲבוּן haurient, Ruth. 2. v. 9. *Vide, quod ſequitur.*

מַשְׁאָב *maſc.* Hauſtrum, *quo aqua* hauritur, *vel* uter, *juxta quoſdam: Rabbi Salomon vult, eſſe locum, ubi* hauriuntur aquæ: *Occurrit in plur. ita,* מַשְׁאַבִּים, Jud. 5. verſ. 11., hauſtra, *ſive* loca, ubi hauritur aqua.

שָׁאַג Rugiit, *leonum proprium, ſed aliis etiam per metaphoram accomodatur: Præter. in pauſa* אַרְיֵה שָׁאָג leo rugit, Amoſ. 3. v. 8., שָׁאַגְתִּי rugii, rugiebam, Pſalm. 38. v. 9. *Sed* שַׁאֲגָתִי *vide infra in nomine: Plur.* שָׁאֲגוּ צֹרְרֶיךָ rugierunt hoſtes tui, Pſalm. 74. v. 4. *Partic.* שׁוֹאֵג, *&* שֹׁאֵג rugiens, Jud. 14. v. 5., Ezech. 22. v. 25. *Plural.* שֹׁאֲגִים rugientes, Pſal. 104. v. 21. *Infin.* שָׁאֹג rugiendo, Jerem. 25. v. 30. *Futur.* יִשְׁאַג, Job. 37. verſ. 4., *& in pauſa* יִשְׁאָג, Joel. 4. verſ. 16., rugiet: הֲיִשְׁאַג an rugiet, Amoſ. 3. verſ. 4. *Plural.* יִשְׁאֲגוּ, Jerem. 2. v. 15., *& in pauſa* יִשְׁאָגוּ, Jerem. 51. v. 38., rugient.

שְׁאָגָה *fœm.* Rugitus, Iſa. 5. v. 29. *Conſtr.* שַׁאֲגַת כְּפִירִים rugitus leonum, Zach. 11. verſ. 3. *Cum affix.* דִּבְרֵי שַׁאֲגָתִי verba rugitus mei, Pſal. 22. v. 2., שַׁאֲגָתוֹ rugitus ejus, Ezech. 19. verſ. 7. *Plural. cum affix.* שַׁאֲגֹתָי rugitus, *ſive* clamores mei, Job. 3. v. 24.

שָׁאָה Vaſtari, *propriè cum tumultu, fragore, & irruptione: Inde eſt* tumultuari. *Multa alio in ſenſu vide ſupra in* נָשָׂא *pag. 799., & ſeqq., & præcipue ibidem pag. 799. &c. vide* שְׂאֵתִי, שְׂאוּ, שְׂאִי*: item in* נָשָׂא, *cum puncto ſcil. a cornu dextro pag.* 808. *Præter. plur.* שָׁאוּ עָרִים vaſtentur urbes, Iſa. 6. verſ. 11. *Sed* שָׂאֵהוּ *vide ſupra in Imper. verbi* נָשָׂא *pag. 799. Niph. Futur.* תִּשָּׁאֶה שְׁמָמָה vaſtata ſit deſolatione, Iſa. 6. v. 11., *Plur. cum* Nun *parag.* יִשָּׁאוּן tumultuantur, Iſa. 17. verſ. 12. *Hiph.* הִשְׁאָה *idem*

ſigni-

Digitized by Google

ſignificat ac in Kal : מְשׁוֹאָה , מַשּׁוּאָה , *& plural.* מַשּׁוּאוֹת , מַשָּׁאוֹת *vide infra inter nomina. Infinit.* לְהַשְׁאוֹת ad vaſtandum, *ſive* in vaſtationem, eradicationem, ruinam, Iſa. 37. v. 26. *Contractum hinc*, לַהְשׁוֹת, 2. Reg. 19. v. 25., *quod juxta Maſſorethas legendum, ut præcedens. Futur.* יַשִּׁיא *vide ſupra in* נָשָׁה *pag.* 311. *Hithp.* Stupere, obſtupeſcere. *Particip.* וְהָאִישׁ מִשְׁתָּאֵה לָהּ, Geneſ. 24. v. 21., & vir ille ſtupens erat, ſtupebat ipſe, *id eſt*, de, *vel* ſuper ea: *Metaphorice ad* animum *relatum, quaſi* animo vaſtari: *Similis uſus verbi* שָׁמֵם. *Vide illic*.

שׁוֹאָה *maſc.* Vaſtatio tumultuoſa, vaſtitas, vaſtum: שׁוֹאָה וּמְשֹׁאָה, Job. 30. v. 3., vaſtationem, & pervaſtationem, *i. e.*, in locum vaſtiſſimum, *ſive* horridiſſimam vaſtitatem: תְּבוֹאֵהוּ שׁוֹאָה veniat ei contritio, *& juxta Vulgat.* laqueus, Pſalm. 35. v. 8. *Cum præfix.* בְּשׁוֹאָה in deſolationem, *& juxta Vulg.* in laqueum, Pſalm. 35. v. 8., כְּשַׁאֲוָה, Prov. 1. v. 27., *pro* כְּשׁוֹאָה, *ut notant Maſſorethæ, & ut legitur* Ezech. 38. v. 9., *ſed cum* Dageſc *in* שׁ, *ita* כַּשּׁוֹאָה ſicut vaſtatio: וְהֵמָּה לְשׁוֹאָה, Pſalm. 63. verſ. 10., & ipſi, *ſive* ipſi autem, *qui* ad deſolationem (quærunt); *Vulg. vertit*, ipſi vero in vanum (quæſierunt, ad perdendum *ſcilicet*): *Conſtr. cum præfix.* וּמִשֹּׁאַת רְשָׁעִים, Prov. 3. v. 25., & a vaſtatione, *ſive* deſolatione, *vel* calamitate, tumultu impiorum: *Plur. cum affix.* מִשֹּׁאֵיהֶם, Pſal. 35. v. 17., a deſolationibus, *ſive* a vaſtatione eorum, *& juxta Vulg.* a malignitate eorum.

שְׁאִיָּה *fœm.* Vaſtatio, *ſive* calamitas, Iſa. 24. v. 12.

שֵׁאת *fœm.* Vaſtatio, *& juxta Vulg.* vaticinatio: *Occurrit cum præfix.* הַשֵּׁאת, Thren. 3. v. 47.

שָׁאוֹן *m.* Tumultuatio, tumultus, ſtrepitus ingens, *qui videlicet* irruptionem, *&* ruinam, *ubi profunditas eſt, & præcipitium, conſequitur, ut Guarin in Lexic. habet*: מִבּוֹר שָׁאוֹן, Pſalm. 40. v. 3., de fovea moeroris, *ſive* perditionis; *LXX.*, *Vulg.*, *& alii reddunt*, de lacu miſeriæ: קוֹל שָׁאוֹן voce tumultus, *id eſt*, tumultuoſa, Iſa. 66. v. 6. *Cum præfix.* בְּשָׁאוֹן in ſtrepitu, in ſonitu, Amoſ. 2. verſ. 2. *Conſtr.* שְׁאוֹן יַמִּים שְׁאוֹן גַּלֵּיהֶם, Pſalm. 65. v. 8., (qui compeſcit) ſtrepitum marium, ſtrepitum fluctuum eorum,

eorum ; *LXX.* , *&* *Vulgat. habent* , (qui conturbas) profundum maris , ſonum , *ſive* , *juxta LXX.* , ſonos fluctuum ejus : *Cum præfix.* כִּשְׁאוֹן ut tumultus, ut ſonitus , Joſ. 17. vv. 12. 13. *Cum affix.* וּשְׁאוֹנָהּ , Iſa. 5. verſ. 14. , & tumultuatio , *ſive* ſtrepitus ejus , *id eſt* tumultuantes , *qui dicuntur* filii ſtrepitus , *ſive* tumultus , Jerem. 48. v. 45., *ſic prius* gloria , *pro* glorioſis ; *Vulg. vertit* , & ſublimes .

שַׁאֲנָן *m.* Sonitus , tumultuatio , *juxta Buxtorfium* , *&* *quoſdam alios* : *Cum affix.* וְשַׁאֲנַנְךָ , 2. Reg. 19. v. 28. , Iſa. 37. v. 29. , & tumultuatio tua . *Sic Chaldæus vertit* אִתְרַגְשׁוּתָךְ ; *&* *Kimchi deducit a* שָׁאוֹן , *per geminationem literæ* נ , *ad vehementem tumultuationem deſignandam* . *Vide etiam* שאנן : *Vulg.* , *&* *alii reddunt* , & ſuperbia tua .

מְשׁוֹאָה *fœmin.* Devaſtatio , pervaſtatum , locus vaſtus : *Item* tumultus ſtrepitus : שׁוֹאָה וּמְשֹׁאָה , Job. 30. verſ. 3. , *&* שֹׁאָה וּמְשׁוֹאָה , Job. 38. v. 27. , deſolatio , devaſtatio , ac locus deſolatus , *id eſt* vaſtitas deſolatiſſima : *Eodem enim tendunt* ; *ſed amplificandi cauſa adhibentur* : יוֹם שֹׁאָה וּמְשׁוֹאָה , Sophon. 1. verſ. 15. , dies vaſtitatis , & tumultus ; *ſed juxta Vulgat.* dies calamitatis , & miſeriæ .

מַשּׁוּאָה *fœm.* Vaſtitas : *Plural. cum præfix.* לְמַשּׁוּאוֹת , Pſal. 73. verſ. 18. , *&* לְמַשֻּׁאוֹת , Pſal. 74. v. 3. , in vaſtitates , deſolationes . *Significatione huc pertinent* , *ut Aben Eſra refert* , *&* *probant Buxtorfius* , *aliique* ; *ſed propter* Dageſch *eſt quaſi à* נָשָׁא ; *à qua quidem Radice multi cum Vulg. illud derivant* , *quod legitur* Pſal. 74. v. 3. *Nam vertunt ibidem* in ſuperbias .

מַשָּׁאוֹן *m.* Vaſtitas , ſolitudo vaſta : תִּכַּסֶּה שִׂנְאָה בְּמַשָּׁאוֹן tegitur odium in ſolitudine , Prov. 26. v. 26. *Vide* *&* נָשָׁא .

תְּשֻׁאָה *fœm.* Fragor , acclamatio , fragoſus clamor , ſtrepitus , *ſive* tumultuatio : *Plural.* תְּשֻׁאוֹת סֻכָּתוֹ , Job. 36. v. 29. , fragores , *vel* ſtrepitus tentorii , *ſive* tabernaculi , *vel* firmamenti ſui : *Quidam dictionem hanc referunt ad* נָשָׁא ; *atque vertunt* elevationes : תְּשֻׁאוֹת נוֹגֵשׂ , Job. 39. verſ. 7. , fragroſi clamores exactoris : *ita* Iſa. 22. v. 2. *Sed notandus locus ex* cap. 4. Zachar. verſ. 7. , *qui ſic ſe habet* , תְּשֻׁאוֹת חֵן חֵן לָהּ acclamationes gratiæ gratiæ ei *ſunt* : *Phraſis in familiaribus Judæorum ſcriptis uſitatiſſima* , *quando* ſummas

alicui

alicui gratias agere *volunt*. *Habet autem hoc nomen formam ex ordine* quieſcentium ſecunda, *quaſi à* שׂוא, *ſed ſignificatione ad hanc Radicem pertinet, ut notat Buxtorfius*.

שָׁאַט Depopulatus eſt, ſprevit. *Verbum eſt irregulare, origine Chaldaicum. Nam* שָׁט *Chaldæis uſurpatur pro Hebræo* בָּזָה ſprevit, contempſit, *ita ſuper* Pſalm. 15. v. 4., *&* Geneſ. 25. v. 34. *in utroque Targum, Jonathanis, ſcilic., & Onkeli. Habet* א *quieſcens, uno tantum loco excepto, quaſi protractionis ſit, ut Hebræi loquuntur, & thema habeat* שׂוּט *ex ordine quieſcentium ſecunda, ſitque* א *loco mediæ quieſcentis* ו, *imitatione Chaldæorum. Sic* קום, *&* רום *quandoque in medio habent* א, *vide illic*: *Hactenus Buxtorfius*. *Partic. plural. cum præfix.* אוֹתָם הַשָּׁאטִים, Ezech. 28. verſ. 24., qui depopulentur eos, *juxta Buxtorfium*: *Chaldæus habet*, דְּבָזְזִין qui diripiunt eos: *Joannes Simon, aliique vertunt*, contemnentes eos; *Vulg. reddit*, qui adverſantur eis: בְּכֹל הַשָּׁאטִים אֹתָם, Ezech. 28. v. 26., in omnibus, qui depopulantur eos, *ſive, juxta alios, ut ſupra*, in omnibus contemnentibus eos, *vel* in omnibus, qui adverſantur eis. *Fœm. plural.* הַשָּׁאטוֹת אוֹתָךְ, Ezech. 16. verſ. 57., quæ depopulantur, *juxta Kimchium*; *Chaldæus, & R. Salomon reddunt*, quæ ſpernunt te; *Vulg. habet*, quæ ambiunt te.

שְׁאָט *m.* Contemptus, *vel* depopulatio: בִּשְׁאָט בְּנֶפֶשׁ, Ezech. 25. verſ. 15., cum contemptu in animo, *id eſt*, ſummo, *&* ignominioſo contemptu, *vel* depopulatione. *Sic*, בִּשְׁאָט נֶפֶשׁ, Ezech. 36. v. 5. *Cum affix.* בְּכָל־שָׁאטְךָ בְּנֶפֶשׁ in toto contemptu tuo ex animo, Ezech. 25. v. 6. *Chaldæus tribus hiſce poſterioribus locis* חֶדְוָה lætitiam *transfert*.

שָׁאַל, שָׁאֵל Rogavit, interrogavit, petiit, expetiit, conſuluit, quæſivit, requiſivit, percontatus eſt. *Item*, mendicavit. *Conſtruitur cum Accuſativo, vel* לְ, בְּ, *vel cum præpoſit.* מִן, *aut* מ: *item cum* מֵאֵת. *Præterit.* שָׁאַל־לָנוּ הָאִישׁ interrogavit homo ille nos, Gen. 43. verſ. 7., שָׁאַל אֶת־עֲבָדָיו interrogaverat ſervos ſuos, Geneſ. 44. v. 19., שָׁאַל בַּתְּרָפִים, Ezech. 21. v. 26., interrogavit idola: *Item* petiit, poſtulavit, Jud. 5. verſ. 15., 1. Reg. 3. verſ. 10., Pſalm. 105. v. 40., חַיִּים שָׁאַל מִמְּךָ vitam petiit

tiit à te, Pſalm. 21. v. 5. *Et in panſa* שָׁאַל petiit, poſtulavit, Joſ. 19. v. 50., Jud. 8. v. 26., precatus eſt, 1. Paralip. 4. v. 10. *Cum præfix.* וְשָׁאַל לוֹ & conſulat illum, Numer. 27. v. 21. *Cum affix.* וּשְׁאֵלְךָ & interrogaverit te, Geneſ. 32. verſ. 18., *& ex terminatione* Tzere, וּשְׁאֵלֵךְ & rogaverit te, Jud. 4. v. 20 *Fœm. in pauſa* שָׁאָלָה petivit, 1. Reg. 10 v. 13., וְשָׁאֲלָה & petet, poſtulabit, Exod. 3. verſ. 22., שָׁאַלְתָּ petiiſti, Deut. 18. verſ. 16., וְשָׁאַלְתָּ & percontatus fueris, Deut. 13. verſ. 15., שָׁאַלְתְּ petiiſti, rogaſti, 1. Sam. 1. v. 17., שָׁאַלְתִּי מֵעִמּוֹ petii, poſtulavi ab eo, 1. Sam. 1. verſ. 27. *Cum præfix.* הֲשָׁאַלְתִּי nunquid petivi? 2. Reg. 4. v. 28. *Cum affix.* מֵיְהוָה שְׁאִלְתִּיו à Domino petii eum, 1. Sam. 1. v. 20., וְלֹא שְׁאִלְתִּיהוּ, Jud. 13. v. 6., *quidam ex Antiquis, & præcipue LXX., quidam etiam ex Recentioribus, ut Junius, & Tremellius, Arias Montanus verterunt*, & non interrogavi eum: *At melius Vulg. Interpres pro* לֹא *legit* לוֹ; *atque reddit*, quem cum interrogaſſem: *Et hunc profecto ſenſum poſtulat ipſa orationis ſeries, ut conſideranti patet. Plur.* שָׁאֲלוּ עֵינַי petiverunt, *id eſt, ut habet Vulg.*, deſideraverunt oculi mei, Eccleſ. 2. verſ. 10., *ubi per metonymiam, quod proprium animæ eſt*, oculis *adſcribitur*; *quia per hos* animæ deſiderium *excitatur*: *Item* interrogaverunt, Jerem. 36. v. 17., *& in pauſa* שָׁאָלוּ interrogaverunt, Joſ. 9. verſ. 14., Iſa. 30. v. 2., נִדְרַשְׁתִּי לְלוֹא שָׁאָלוּ, Joſ. 65. v. 1., quæſitus ſum ab iis, qui non interrogabant: וְשָׁאֲלוּ לְךָ לְשָׁלוֹם, 1. Sam. 10. verſ. 4., & interrogabunt te pacis, *valetudinis ſcil. cauſa, id eſt* pacificè te ſalutabunt, *ſive* de ſalute, *&* quomodo tu valeas, interrogabunt: *Cum affix.* שְׁאֵלוּנוּ, Pſalm. 137. verſ. 3., poſtulaverunt a nobis, *juxta Pagninum*; *At Vulgat., & alii habent*, interrogaverunt nos: שְׁאֶלְתֶּם petiiſtis, 1. Sam. 12. v. 13., interrogaſtis, Job. 21. v. 29., וּשְׁאֶלְתֶּם לוֹ בִּשְׁמִי לְשָׁלוֹם, 1. Sam. 25. v. 5., & interrogabitis eum in nomine meo de ſalute, *ſive* quomodo ſe habeat; *Vulg. vertit*, & ſalutabitis eum ex nomine meo pacifice: *Partic.* שׁוֹאֵל, Mich. 7. verſ. 3., *&* שֹׁאֵל, Deut. 10. v. 12., 2. Sam, 3. v. 13., petens, poſtulans; *item* interrogans, 2. Sam. 14. v. 18., Jerem. 38.

v. 14.,

v. 14., & precor, 1. Reg. 2. v. 16. *Cum præfix.* וְשֹׁאֵל אוֹב & conſulens pythonem, Deut. 18. v. 11. *Plur. cum præfix.* הַשֹּׁאֲלִים מֵאִתּוֹ מֶלֶךְ qui petierant à ſe regem, 1. Sam. 8. v. 10. *Fœm.* שֹׁאֶלֶת petens, poſtulans, deprecans, 1. Reg. 2. vv. 20. 22. *Partic. Pahul* שָׁאוּל לַיהוָה, 1. Samuel. 1. v. 28., requiſitus, precario rogatus, expetitus a Deo; *Vulg., & alii reddunt*, commodatus Domino: וְהוּא שָׁאוּל & ipſum petitum, *ſive* commodatò, mutuò petitum, *vel* acceptum, 2. Reg. 6. v. 5. *Infin.* שָׁאוֹל, Geneſ. 43. v. 7., 2. Sam. 20. v. 18., interrogando; וְשָׁאוֹל & conſulere, *ſive* conſulendo, 1. Sam. 22. verſ. 13., & *conſtr.* לִשְׁאוֹל מֵאֵת־אָבִיהָ, & לִשְׁאֹל ut peteret à patre ſuo, Joſ. 15. v. 18., Jud. 1. v. 14., לִשְׁאוֹל לָכֶם מֶלֶךְ ad petendum vobis regem, 1. Sam. 12. vv. 17. 19., לִשְׁאוֹל בַּיהוָה ut conſuleret Dominum, 1. Sam. 23. v. 4., לִשְׁאוֹל בָּאוֹב conſulendo pythonem, 1. Paral. 10. v. 13., לִשְׁאֹל בְּאָלָה מִן־הַמֶּלֶךְ petere a rege, Eſdr. 8. verſ. 22., לִשְׁאֹל בְּאָלָה נַפְשׁוֹ ad petendum, *ſive* ut peterem in, *vel* cum exſecratione, *ſive* maledictione animam ejus, Job. 31. verſ. 30., לִשְׁאֹל לְשָׁלֹם לָךְ, Jerem. 15. verſ. 5., ad petendum de pace, *ſive* ſalute, proſperitate tibi, *ſive* ut roget pro pace, ut petat pacem tibi: *Et alia forma ob* Makkaph, לִשְׁאָול־לוֹ בֵּאלֹהִים, 1. Sam. 22. v. 15., *ubi* Vau *redundans*, conſulere pro eo Deum: לִשְׁאָל־לוֹ לְשָׁלוֹם, 2. Sam. 8. v. 10., ad interrogandum eum de pace, *id eſt* ſalute, proſperitate, *ſive, ut optime exponit Vulg.*, ut ſalutaret eum congratulans; *ita &* 1. Paralip. 18. verſ. 10., *ubi adeſt* Vau *redundans, videl.* לִשְׁאוֹל: לִשְׁאָל־אֹכֶל petendo, *ſive* ut peterent cibum, eſcam, Pſalm. 78. v. 18. *Imper.* שְׁאַל interroga, Deut. 4. v. 32., 32. v. 7., 1. Sam. 17. v. 56., 25. v. 8., Job. 8. v. 8., *item* conſule, Jud. 18. verſ. 5., poſtula, 1. Reg. 3. v. 5., 2. Reg. 2. v. 9., 2. Paralip. 1. v. 7., Pſalm. 2. v. 8., Iſa. 7. verſ. 11., *& cum* ה *paragog. in pauſa* שְׁאָלָה, Iſa. 7. v. 11., pete, *juxta Joa. Simonem, & quoſdam alios: At Vulg. eſt nomen; redditurque* infernus, *de quo infra*: *Fœmin.* שַׁאֲלִי pete, 1. Reg. 2. vv. 20. 22., pete mutuo, 2. Reg. 4. verſ. 3., interroga, Jerem. 48. v. 19. *Plur.* שַׁאֲלוּ petite, poſtulate,

late, Pſalm. 122. v. 6., interrogate, Jerem. 6. v. 16., 18. verſ. 13. *Cum affix.* שְׁאָלוּנִי interrogate me, Iſa. 45. verſ. 11. *Futur.* אֶשְׁאַל petam, Iſa. 7. v. 12., וָאֶשְׁאַל אֹתָהּ & interrogavi eam, Gen. 24. v. 47., *& cum* ה *paragog.* אֶשְׁאֲלָה petam, Jud. 8. v. 24. *Cum affix.* וְאֶשְׁאָלְךָ & interrogabo te, Job. 38. verſ. 3., 40. verſ. 7., 42. verſ. 4., וָאֶשְׁאָלֵם & interrogavi eos, Iſa. 41. v. 28., Nehem. 1. verſ. 2., תִּשְׁאַל לִשְׁמִי quæris nomen meum, Geneſ. 32. verſ. 30., Jud. 13. v. 18., וְתִשְׁאַל petiſti autem, 2. Paralip. 1. v. 11., *& cum affix.* תִּשְׁאָלֵנִי interrogas me, 1. Sam. 28. verſ. 16., כַּאֲשֶׁר יִשְׁאַל ſicut, qui conſuleret, 2. Samuel. 16. verſ. 23., *& in pauſa* יִשְׁאָל interrogat, Hoſe. 4. v. 12., וַיִּשְׁאַל & interrogavit, Geneſ. 32. verſ. 30., *&c.*, & conſuluit, 1. Sam. 22. v. 10., 23. v. 2. *Cum affix.* יִשְׁאָלְךָ interrogabit te, Exod. 13. verſ. 14., וַיִּשְׁאָלֵהוּ & interrogavit eum, Geneſ. 37. v. 15., תִּשְׁאָלְךָ נַפְשֶׁךָ, Deut. 14. v. 26., rogaverit te anima tua, *id eſt, ut habet optime Vulg.*, deſiderat anima tua: *Plur. cum* ה *paragog.* וְנִשְׁאֲלָה אֶת־פִּיהָ, Geneſ. 24. v. 57., & quæramus os ejus, *ſive* ex ore ejus, *quid videl. dictura ſit; atque hic* os *ponitur pro eo, quod* ex ore *exit, hoc eſt pro ſermone:* יִשְׁאָלוּ, Jerem. 50. v. 5., *ubi* Kametz *propter pauſam*, interrogabunt; וְיִשְׁאֲלוּ & poſtulent, Exod. 11. verſ. 2., וַיִּשְׁאֲלוּ & interrogarunt, Geneſ. 26. v. 7., Jerem. 38. v. 27., וַיִּשְׁאֲלוּ אִישׁ־לְרֵעֵהוּ לְשָׁלוֹם, Exod. 18. v. 7., & interrogaverunt quiſque proximum ſuum de pace, *id eſt* alter alterum, *ſive* ſe invicem interrogaverunt, quomodo valerent, an ſalva, & proſpera eſſent omnia; *Vulg. vertit*, ſalutaruntque ſe mutuo verbis pacificis: וַיִּשְׁאֲלוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל בַּיהוָה & conſuluerunt filii Iſrael Dominum, Jud. 1. v. 1., *& ita* cap. 20. vv. 18. 23. 27., 1. Sam. 10. v. 22., וַיִּשְׁאֲלוּ־לוֹ לְשָׁלוֹם & interrogaverunt eum de pace, *ſive* proſperitate, *id eſt* quomodo valeret; *Vulg.*, *& alii vertunt ut ſupra, nempe* ſalutaverunt eum verbis pacificis. *Et cum* Nun *paragog.* יִשְׁאָלוּן (quando) interrogaverint, Joſ. 4. vv. 6. 21. *Cum affix.* יִשְׁאָלוּנִי interrogarunt, rogant me, Iſa. 58. verſ. 2. *Niph.* נִשְׁאַל exoratus eſt, precibus obtinuit, deprecatus eſt, petiit, *&c. Prœteritt.*

Digitized by Google

terit. נָשׁאֹל נִשְׁאַל מִמֶּנִּי petendo petiit à me, *id eſt* obnixè petiit à me, & obtinuit, 1. Sam. 20. v. 6., נִשְׁאַלְתִּי מִן־הַמֶּלֶךְ precibus obtinui à rege, Nehem. 13. v. 6. *Infinit.* נִשְׁאֹל, 1. Sam. 20. vv. 6. 28., *ubi deficit* ה *characteriſt.*, petendo. *Pihel præter. plur. in pauſa* וְשִׁאֵלוּ & mendicabunt, *ſive* mendicent, Pſalm. 109. v. 10. *Futur.* יְשָׁאַל. Prover. 20. verſ. 4., *ubi Maſſora, quam ſequuntur Buxtorfius, Joa. Simon, & alii notant legendum cum* Vau *ab initio, loco* Jod, *ita ſcil.* וְשָׁאַל, *atque reddendum*, & mendicat, *ſive* & mendicabit; *Vulgat. legit in futuro, prout in textu*: *Plur.* שָׁאוֹל יְשָׁאֲלוּ בְּאָבֵל interrogando interrogent, *ſive* conſulendo conſulant in Abela, 2. Sam. 20. v. 18. *Hiph.* הִשְׁאִיל mutuavit, commodato, *ſive* mutuo dedit, *q. d.* mutuo petere ſivit: *Præterit. cum affix.* הִשְׁאִלְתִּיהוּ לַיהוָה, 1. Sam. 1. v. 28., & mutuo dedi, *ſive* commodavi eum Domino, *id eſt*, *ut habet Buxtorfius*, quem precario ab ipſo acceperam, nunc rurſus ipſi ſiſto, & conſecro, ut ipſius miniſter ſit: *Futur. plur. cum affix.* וַיַּשְׁאִלוּם & mutuo, *ſive* commodato dederunt illis, petentibus *ſcil.*, Exod. 12. v. 36.

שְׁאַל *Chald.*, *& idem ſignificat ac Hebr.* שָׁאַל: *Præterit.* לָא שְׁאֵל לְכָל־חַרְטֹם, Dan. 2. verſ. 10., non petiit, *ſive* ſciſcitatus eſt ab ullo mago, *& juxta Vulg.* ab omni ariolo: *Plur.* אֱדַיִן שְׁאֵלְנָא, Eſdr. 5. v. 9., tunc interrogavimus: *Futur. cum affix.*, *&* Nun *epenthet.*, כָּל־דִּי יִשְׁאֲלֶנְכוֹן, Eſdr. 7. v. 21., quidquid rogabit vos, *ſive* petet, petierit a vobis.

שְׁאָל Scheál, *& juxta Vulg.* Saul, *nom. propr. viri*, Eſdr. 10. verſ. 29.

שֶׁאֵל *Dictio compoſita ex pronomine conjuncto* שֶׁ qui, quæ, quod, *& ex nomine* אֵל Deus: אַשְׁרֵי שֶׁאֵל, Pſalm. 146. verſ. 5., beatus *is*, cui, *ſive* cujus Deus.

שָׁאוּל Saul, *nom. propr. regum*, Geneſ. 36. v. 37., 1. Regum 9. v. 2. *Item nom. filii Simeonis filii Jacob*, Gen. 46. verſ. 10., 1. Paralip. 4. v. 24.

שָׁאוּלִי Scahuli, *& juxta Vulgat.* Saulitæ, *nom. patronymicum virorum a Saule filio Simeonis oriundorum*, Num. 26. v. 13.

שְׁאוֹל *com.* Sepulcrum, inferior terræ locus, receptaculum mor-

mortuorum, infernus, *locus ſcil.*, *in quo animæ corporibus ſolutæ*, *ſicut unaquæque digna eſt*, *detinebantur olim*, *&* *etiam modo detinentur*, *ut ex iis*, *quæ ſunt exponenda*, *patebit*. *Item metaphorice* gravis calamitas, *&* periculum. *Buxtorfius*, *aliique putant*, ſepulcrum *dictum* שְׁאוֹל *à* petendo, *&* poſtulando, *quod ore hiante*, *&* *dilatato repleri* expetat, *uti legitur* Iſa. 5. v. 14., *&* Habac. 2. v. 5. *Unde &* inſatiabile *dictum* Proverb. 27. verſ. 20., *&* 30. *Sed Joa. Simon mavult*, ſepulcrum *dictum* שְׁאוֹל *ex Syrorum ſenſu*. *Syris autem* τὸ שאל *eſt* ſubduxit, è medio abſtulit: *Unde* ſepulcrum, *q. d.* ſubductio, *ſive* ablatio è medio viventium. *Hæc tamen vox* שְׁאוֹל *nonniſi lata quadam ratione* ſepulcro, *quo* cadavera *conduntur*, *aptari poteſt*. *Nam*, *ut habet Campegius Vitringa in* cap. XIV. Iſa., *proprie*, *& in generali ſua ſignificatione* τὸ שְׁאוֹל *notat* τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς inferiora terræ, *ſive* τὰ κάτω locum infra terram, *quem Græci* ἀΐδην, *ſive* ᾅδην *appellarunt*, (*licet vocis* ᾅδης *ſit aliquanto reſtrictior ſignificatio*), *ſive* locum infernum, (*unde* inferni *vulgata notio*), ſuperno, *ſive* iis, *quæ* ſupra terram *ſunt*, *contradiſtinctum*: *Qui* locus *cum non* appareat, *ac de eo propterea* quæratur, ubi ſit, *dictus videtur* שְׁאוֹל *à* שאל quærere: *Atqui ubi in genere ſint* cadaverum foſſæ, *ſive* ſepulcra, *facili negotio cuique conſtat*. *Sed quidquid ſit de vocis hujus* שְׁאוֹל *etymo*, *certo certius & ex Sacris Litteris*, *& ex Hebræorum tam veterum*, *quam recentiorum ſententia*, *atque uſu conſtat*: 1°. Sepulcrum *proprie* קֶבֶר *dictum à* קָבַר ſepelivit, *quemadmodum &* foſſam, *ſive* foveam *appellatam* בּוֹר *à* בָּאַר eruit, *ſive*, *juxta Arab. ſenſum*, fodit, effodit, *vel* שַׁחַת *à verbo* שָׁחַת corrupit; *quia* fovea *eſt* corruptionis *locus*: 2°. *In una*, *eademque Scripturæ Sacræ orationis ſerie*, *atque nexu uſurpatæ leguntur hæ duæ dictiones*, *videl.* קֶבֶר, *vel* בּוֹר, *ſive* שַׁחַת, *&* שְׁאוֹל, *& quidem ad aliquid diverſum deſignandum*, *ut* Pſal. 30. v. 4., *&c.* *Reſtat itaque per* τὸ שְׁאוֹל, *dum de futuro hominum poſt hanc vitam ſtatu habetur ſermo*, *neque proprie*, *neque ſemper*, *ut Hæreticorum multi*, *& Increduli potiſſimum ſuadere conantur*, *aut* ſepulcrum, *aut* foſſam *deſignari*; *ſed* animarum receptacula, *quibus*, *ut dictum eſt*, *illæ pro meritis detinentur*,

 quæque

quæque loca nos infernum *dicimus*. *Atque Rabbini quidem*, *in Talmude ad* cap. 1. Roſc haſchanah, *&* *in Cod.* עירובין capit. 2. עוסין פסין, *& aliis in locis*, *non ſolum per* τὸ שׁאול gehennam, *ſive* infernum *intelligendum*, *arbitrantur*, *atque tuentur*; *ſed & illum ipſum* bifariam *diſtinguunt*, in gehennam *ſcil*, *ſive* infernum ſuperiorem שאול למעלה, *quo nimirum non plene purgati ex hac vita decedentes divinæ juſtitiæ faciunt ſatis*; *&* inferiorem שאול תחתיות, גהנום למטה, *quem etiam* תחתות ארץ profundiora terræ *nominant*, *ubi ſcilicet prorſus impii in æternum erunt cruciandi*. *Qui plura hac de Rabbinorum ſententia ſcire cupit*, *conſulat Raymun. Martini in* Pugione fidei 3. part. diſt. 2. cap. 8., *& Bartoloccium in* Bibl. Rabb. part. 2. diſſert. 3. *Sed in ejuſdem rei confirmationem decretoria plane ſunt*, *quæ habet* Iſaias cap. 14. verſ. 9. *Ibi regem Babylonis ad* שׁאול *deſcendentem in hæc verba alloquitur*: שְׁאוֹל מִתַּחַת רָגְזָה לְךָ לִקְרַאת בּוֹאֶךָ עוֹרֵר לְךָ רְפָאִים כָּל־עַתּוּדֵי אָרֶץ הֵקִים מִכִּסְאוֹתָם כֹּל מַלְכֵי גוֹיִם infernus de ſubter, *ſive* a parte inferiori, *id eſt* infernus inferior conturbatus eſt propter te, in occurſum adventus tui excitat tibi gigantes, *juxta Vulg.*, *ſive* fato functos, *ut quibuſdam aliis placet*: omnes duces, *ſive* principes terræ ſurgere facit è ſedibus ſuis; omnes reges gentium: *Atqui metaphorica hæc dicendi ratio in* ſepulcrum, *ſive in* terram inferiorem, *in qua ſunt* ſepulcra, *quadrare non poteſt*. *Nam*, *addit Vitringa*, *velim ſcire*, *quo ſenſu* ſepulcrum, *ſive* terra inferior *dici poſſit* excitare mortuos *ad gratulandum adventum Babylonio*. *Id ſane durum eſt*, *& ſtilo nihil probabile habet*. Sepulcri *enim non eſt*, *quem* excitare, *aut* הקים facere, ut quis ſurgat, *vel* reſurgat: *ſed potius ejus eſt*, *quem tenere captivum ſub poteſtate mortis*. *Deinde quod dicantur* fato functi excitandi מִכִּסְאוֹתָם de ſedibus, *vel* ſoliis ſuis, *quam incommode per* ſedes, *vel* ſolia *hic rurſus ipſa intelliguntur* ſepulcra, *quæ cum* ſedibus, *vel* ſoliis *nihil commune habent*; *hactenus ille*. *Sed rem conficiunt*, *quæ præcedunt*, *quæque ſequuntur*. *Enim vero verſibus* 5. 7. 8. *impii regis mortem deſcribit Propheta per ea verba*, contrivit baculum impiorum, virgam dominantium, *qua de cauſa*, *addit*, conquievit, & ſiluit omnis terra,

terra, & ex quo obdormiſti, non aſcendet, qui ſuccidat nos: *Deinde addit*, detracta, *ſive* deducta *eſt* גְּאוֹנֶךָ שְׁאוֹל ſuperbia, *ſive* magnificentia tua. *Num deducta* ad ſepulcrum? *Ita Adverſarii volunt*. *At quomodo* ad ſepulcrum? *Nam verſu* 19. *idemmet Sacer Auctor teſtatur, fuiſſe illum ipſum* projectum מִקֶּבֶר de ſepulcro *illorum ſaltem* principum, *quorum ibidem ſit mentio*; & *non habiturum* (*ibidem* verſ. 20.) conſortium, neque cum iis בִּקְבוּרָה in ſepultura. *At ad* שְׁאוֹל deſcendet, *ibique cum* gigantibus, *ſive* fato functis, *cum* principibus, *ac* regibus terræ conſortium habebit; *ergo*, *ne*, *pugnantia fuiſſe locutum Prophetam*, *dicamus*, *fateamur oportet*, *per* τὸ שְׁאוֹל *nil aliud deſignare voluiſſe*, *quam commune* animarum *à corporibus ſolutarum* ſubterraneum *quoddam* receptaculum, *ſive* regionem, *ſed pro qualitate perſonarum in varia loca diſcretam*: *Hanc vero ipſam potiſſimum nomine* שאול *fuiſſe compertam*, *probatamque veteri Synagogæ ante etiam Babylonicam captivitatem*, *confirmant plane ea*, *quæ* 1. Sam. c. 28. de Samuele *a Pythoniſſa ex* inferis evocato, *atque ex* inferioribus terræ aſcendente *narrantur*. *Occurrit hæc ipſa dictio cum* ה *locali*, *ut* כִּי־אֵרֵד אֶל־בְּנִי אָבֵל שְׁאֹלָה, Gen. 37. v. 35., ſed deſcendam ad filium meum in infernum; *nec enim Jacob ſperare poterat*, *ſe* deſcenſurum in ſepulcrum *filii*, *cujus corpus à feris dilaniatum pro certo habebat*. *Sed* שְׁאֹלָה *vide infra ſuo loco*: *Et cum* ה *paragog.* וַיֵּרְדוּ חַיִּים שְׁאֹלָה, Numer. 16. verſ. 30., & deſcenderunt vivi in infernum: בְּיוֹם רִדְתּוֹ שְׁאֹלָה, Ezech. 31. v. 15., in die deſcendere ipſum, *i. e.* quando deſcendit ipſe in infernum, *ſive* ad inferos; & *ita ibidem* vv. 16. 17., לִשְׁאוֹלָה, Pſal. 9. v. 18., ad, *vel* in ſepulcrum, *juxta Pagninum*, *Buxtorfium*, & *quoſdam alios*; *Vulgat. habet*, (convertantur peccatores) in infernum: *Item cum* ה *locali deficiente*, שְׁאֹל, & שְׁאוֹל in infernum, ad inferos, 1. Sam. 2. v. 6., 1. Reg. 2. vv. 6. 9., Pſalm. 55. verſ. 16., 139. v. 8., Job. 7. v. 9., 24. v. 19., Iſa. 14. v. 11., *de quo ſupra*: *Cum præfix.* בִּשְׁאוֹל in inferno, Job. 14. v. 13., Pſalm. 6. v. 6., כִּשְׁאוֹל ſicut infernus, Proverb. 1. v. 16., לֹא־תַעֲזֹב נַפְשִׁי לִשְׁאוֹל, Pſalm. 16. verſ. 10., non derelinques animam meam in inferno: *Arbi-*

Arbitrantur nonnulli, & Hæretici potiſſimum, qui Chriſti ad inferos deſcenſum *negant, ita reddendum*: non derelinques corpus meum in ſepulcro; *quam à vero hæc interpretatio aberret, quamque pugnet cum Catholica doctrina, demonſtrarunt multi, quorum hoc in loco argumenta referre, inſtituti ratio non patitur*: מִשְּׁאוֹל præ inferno, Job. 11. verſ. 8., מִשְּׁאוֹל תַּחְתִּיָּה ex inferno inferiori, Pſalm. 86. v. 13.

שְׁאֵלָה *fœm.* Petitio, Jud. 8. v. 24., שְׁאֵלָה אַחַת petitionem unam (ego peto), 1. Reg. 2. v. 16. *Cum præfix.* תַּחַת הַשְּׁאֵלָה, 1. Sam. 2. v. 20., pro petitione, *ſive* propter petitionem, *i. e. metonymice* propter filium petitum: *Alii vertunt*, pro fœnore, *ſive* pro commodato, *vel* mutuo: *Cum affix.* וַיִּתֵּן יְהוָה לִי אֶת־שְׁאֵלָתִי, 1. Sam. 1. v. 27., & dedit Dominus mihi petitionem meam; *& ita* Eſth. 5. vv. 7. 8. *Et aliter* תָּבוֹא שְׁאֵלָתִי eveniat petitio mea, Job. 6. v. 8., בִּשְׁאֵלָתִי pro petitione mea, *i. e., ut optime exponit Vulgat.*, pro qua (anima mea) rogo, Eſth. 7. verſ. 3. *Hinc contractum*, יִתֵּן אֶת־שֵׁלָתֵךְ det petitionem tuam, 1. Sam. 1. v. 17., שְׁאֵלָתָם (dedit eis) petitionem ipſorum, Pſalm. 106. v. 15.

שְׁאֵלָה *f. Chald.* Petitio; rogatio conſilii, *ſive* ſententiæ: *Emphat.* שְׁאֵלְתָא petitio, poſtulatum, Dan. 4. v. 14.

מִשְׁאָלָה *f.* Petitio, petitum: *Plur. cum affix.* כָּל־מִשְׁאֲלוֹתֶיךָ (impleat Dominus) omnes petitiones tuas, Pſalm. 20. v. 6.

* שְׁאֵלְנָא *Chald. vide in* שְׁאֵל *pag.* 1502.

* יִשְׁאֲלֻנְכוֹן *Chald. vide in* שְׁאֵל *pag.* 1502.

שְׁאֵלְתָא *Chald. vide mox ſupra in* שְׁאֵלָה *Chald.*

שְׁאַלְתִּיאֵל Scealtiél, *juxta Vulg.* Salathiel, *nom. prop. virorum.*

* מַשָּׂאֵם *Dictio compoſita, quam vide pag.* 805., *item compoſita* יִשָּׂאֵם, יִשָּׂאוּם, תִּשָּׂאֵם, יִשָּׂאֵם *vide ſupra pag.* 801., 802.

שָׁאַן Tranquillus, ſecurus fuit. *Sed in Kal eſt inuſit. Nam nomina* שָׁאוֹן, *&* מַשָּׁאוֹן *ſpectant ad Radicem* שָׁאָה, *quæ propterea vide ſupra pag.* 1496., *&* 1497. *Vide etiam aliud* מַשָּׁאוֹן *pag.* 808., *&* יִשָּׂאֲךָ, יִשָּׂאֵנוּ, יִשָּׂאֶנָּה *vide pag.* 801., 802. *Sed* שִׁיאוֹן, שִׁיאֹן *vide poſt* שַׁאֲנַן *pag.* 1507. *Ex verbo* שָׁאַן, *geminata tertia radicali, eſt Conjug., quæ ſequitur.*

שַׁאֲנַן Tranquillè egit, tranquillus fuit, *& quidem* ſummè, *propter literam geminatam, ut notat Joa. Simon: Præterit.*

terit. שַׁאֲנַן מוֹאָב, Jerem. 48. verſ. 11., tranquillus fuit Moab.; *à Vulg. redditur*, fertilis fuit: *Cum præfix.* וְשַׁאֲנַן, Jerem. 30. v. 10., 46. v. 27., Proverb. 1. v. 32., & tranquillus erit: *Vulg. vertit*, & proſperabitur, cunctis affluet bonis, abundantia perfruetur: *Plural. in pauſa* שַׁאֲנָנוּ, Job. 3. v. 18., tranquillè agent, *juxta Buxtorfium*; *quidam alii reddunt*, ſumme tranquilli facti ſunt.

שַׁאֲנָן *m.* Tranquillus, *& juxta Vulgat.*, *Pagninum*, *alioſque*, opulentus, dives, Job. 12. v. 5., Iſa. 33. verſ. 20. *Item* tranquillitas, *ſive* ſecuritas: *Cum affix.* וְשַׁאֲנַנְךָ, 2. Reg. 19. v. 28., & tranquillitas tua, *id eſt*, *ut exponit Buxtorfius*, inſolentia, ferocia, quam tranquillitas tibi parit: *à Vulg. redditur*, & ſuperbia tua: *Vide hoc ipſum ſupra pag.* 1497. *Plural.* רַבַּת שָׂבְעָה־לָּהּ נַפְשֵׁנוּ הַלַּעַג הַשַּׁאֲנַנִּים, Pſalm. 123. verſ. 4., *Pagninus*, *aliique reddunt*, multum ſaturata eſt anima noſtra ſubſannatione opulentorum: הוֹי הַשַּׁאֲנַנִּים בְּצִיּוֹן væ tranquillis, *ſive* opulentis in Tzione, Amoſ. 6. verſ. 1. *Fœm.* נָשִׁים שַׁאֲנַנּוֹת mulieres tranquillæ, *vel*, *juxta Vulg.*, *alioſque*, opulentæ, Iſa. 32. v. 9.

שַׁלְאֲנָן *m.* Tranquilliſſimus, Job. 21. verſ. 23., *cum epentheſi* ל, *vel potius*, *ut Kimchi ſcribit in lib. Rad.*, *eſt vox compoſita ex* שָׁלֵו, *&* שַׁאֲנָן, *& notatur eo* ſumme tranquillus, *i. e.*, tranquilliſſimus: *Hactenus Buxtorfius. Sed vide etiam ſub radice* שלה.

שִׁיאוֹן Scíón, *& juxta Vulgat.* Séon, *nom. propr. civitatis in Tribu Iſſachar*, Joſ. 19. v. 19.

שִׂיאֹן Sion, *nom. propr. montis Amorrhæorum*, *qui &* Hermon *dicitur*, Deuter. 4. v. 48.

שְׁאָם: *Unde Partic. plur. cum affix.* שֹׁאֲסַיִךְ *vide infra in Radice* שָׁסַס.

שָׁאַף Hauſit, *proprie* aerem, *vel* ventum, anhelavit, aſpiravit: *metaphorice*, abſorbuit, deglutivit: *Præterit.* וְשָׁאַף צַמִּים חֵילָם, Job. 5. v. 5., & exhaurit, *ſive* abſorbet prædo, *ſive* latro opes, *vel* facultates eorum, *ita vertunt*, *qui Pagninum*, *& Buxtorfium ſequuntur*: *At Vulg.*, *Arias Montanus*, *& alii*, *τὸ* צַמִּים *à* צָמָא ſitivit *derivantes*, *atque pro* צְמֵאִים *legentes*, (*quam ſane lectionem poſtulare videtur dictio*, *quæ eodem in verſ. præcedit*, *videli-*

 cet

cet רָעֵב famelicus), *ſunt interpretati*, & bibent, *ſive* & abſorbebunt, haurient ſitientes opes, divitias, *ſive* facultates eorum: *Cum affix.* שְׁאָפַנִי אֱנוֹשׁ, Pſal. 56. verſ. 2., abſorbet me, *id eſt* anhelus perſequitur ad deglutiendum me homo; *Vulgat. habet*, conculcavit me homo: *Fœmin.* שָׁאֲפָה רוּחַ תַּאֲנָתָהּ, Jerem. 2. v. 24., haurit, *vel* attrahit ventum occaſionis ſuæ, *vel* occurſus ſui, *nempe* auram obviam, *ita Pagninus*, *Arias Montanus*, *&c. Quidam vero alii*, *τὸ* תַּאֲנָתָהּ *à radice Arab.* תאנה, *quæ in V. Conjugat. ſonat Latine*, inſipuit, inſipientiam oſtendit, *derivantes*, *vertunt*, anhelat ſpiritu inſipientiæ, *vel* libidinis ſuæ: *Vulg. habet*, attraxit ventum amoris ſui, *id eſt*, *ut quidam exponunt*, (onager) *captat auram*, *& odorem conſortis*, *ex* vento *ſcil. cognoſcit*, *ubi ſit fœmina*, *quam concupiſcit*, *& in eam totus fertur*, *ut nullus eum avertere poſſit*: *Plural.* שָׁאֲפוּ רוּחַ, Jerem. 14. verſ. 6., hauſerunt, *ſive*, *juxta Vulg.*, attraxerunt ventum: *Partic.* וְאֶל־מְקוֹמוֹ שׁוֹאֵף & ad locum ſuum anhelat, adſpirat, Eccleſ. 1. verſ. 5. *Cum affix.* שֹׁאֲפִי, Pſalm. 57. verſ. 4., (& ſalvabit me à probro) anhelantis contra me, *ſive*, *ut habet Pagninus*, deglutire volentis me: *Plur. cum præfix.* הַשֹּׁאֲפִים, Amoſ. 2. verſ. 7., 8. v. 4., anhelantes, inhiantes, *ſive juxta alios*, abſorbentes, deglutientes: *Vulg. vertit*, qui conterunt, qui conteritis: *Infin.* וְשָׁאֹף אֶתְכֶם, Ezech. 36. v. 3., & anhelando, inhiando, *ſcil.* inhiant contra vos, *vel* abſorbendo, exhauriendo vos; *Vulgat. vertit*, & conculcati: *Futur.* וְאֶשְׁאַף יָחַד, Iſa. 42. v. 14., & abſorbebo ſimul: *Et cum* ה *paragog. in pauſa*, וָאֶשְׁאָפָה, Pſalm. 119. v. 131., & anhelavi, inhiavi, aſpiravi, *vel*, *juxta Vulgat.*, & attraxi ſpiritum, *id eſt omnibus nervis contendo*, *ut aſſequar*: אַל־תִּשְׁאַף הַלָּיְלָה לַעֲלוֹת עַמִּים תַּחְתָּם, Job. 36. verſ. 20., *varie redditur*; *LXX.*, *& quidam alii habent*, nè educas, *vel* educere coneris noctem; ut aſcendant populi contra ſe: *Sym. vero*, *& alii vertunt*, nè ſtudeas nocte, ut aſcendant populi ad loca ſua: *Sunt multi*, *qui reddunt*, nè anheles, *vel* conſideres noctu, *quomodo* excidat populos in loco ſuo, *i. e. qua ratione fiat*, *ut tot populi ſuccidantur in loco ſuo*: *Vulg. reddit*, nè potrahas noctem,

ctem, ut aſcendant populi pro eis; *conſulantur Interpretes, qui plura in hujuſce verſiculi explanationem proferunt*: יִשְׁאַף־צֵל anhelat, deſiderat umbram, Job. 7. v. 2.

שָׁאַר Reliquus, reſiduus fuit, ſuperfuit, remanſit: *Præter.* עוֹד שָׁאַר adhuc reliquus eſt (minimus), 1. Sam. 16. v. 11. *Niph.* נִשְׁאַר reliquum, reſiduum eſſe, *vel* fieri, relinqui: ſuperſtitem manere, remanere, ſupereſſe: *Frequenter conſtruitur cum præpoſitione* ב, *quæ quandoque per* e, ex *explicanda eſt, ita Buxtorfius*: *Præter.* נִשְׁאַר לִפְנֵי אֲדֹנִי בִּלְתִּי אִם־גְּוִיָּתֵנוּ וְאַדְמָתֵנוּ, Geneſ. 47. v. 18., non reliquum factum eſt coram domino meo, niſi corpus noſtrum, & terra noſtra: *Sed in pauſa* הוּא לְבַדּוֹ נִשְׁאָר ipſe ſolus eſt relictus, Geneſ. 42. v. 38. *Item cum* א *epentheti-co*, וְנֵאשֲׁאַר אָנִי, *pro* נִשְׁאַרְתִּי, *ut notat Buxtorfius*, Ezech. 9. verſ. 8., & reliquus fui, *ſive* remanſi ego: *Kimchi in Comment. ſcribit, eſſe compoſitum ex Præterito Niphal, & Futuro Kal, quaſi dicere Propheta voluerit*: cum percutientibus illis videre vellem, מִי נִשְׁאַר quis reliquus maneret? animadverti, כִּי אֶשְׁאַר אָנִי quod ego tantum reliquus eſſem. *Non diſſimile vide in* שָׁחָה *in Hithpahel. Fœm.* נִשְׁאֲרָה, Joſ. 13. verſ. 1., Dan. 10. v. 17., *& in pauſa* נִשְׁאָרָה, 2. Sam. 14. verſ. 7., relicta eſt: נִשְׁאַרְתִּי relictus ſum, Iſa. 49. v. 21. *Plur.* וְלֹא־נִשְׁאֲרוּ בָם שְׁנַיִם יָחַד neque relinquerentur in eis, *id eſt*, ex eis duo pariter, 1. Sam. 11. v. 11., *& in pauſa* נִשְׁאָרוּ relicti ſunt, Joſ. 11. v. 22., remanſerunt, Jud. 7. verſ. 3., וְנִשְׁאֲרוּ־בָם & relicti, reliqui fuerint ex eis, Jer. 37. v. 10., וְנִשְׁאַרְתֶּם מְתֵי מִסְפָּר, Deuter. 4. v. 27., & remanebitis homines numero, *ſcil.* homines, qui numerari poterunt, *ideoque* pauci: וְנִשְׁאַרְתֶּם בִּמְתֵי מְעָט, Deuter. 28. v. 62., & relinquemini in viris parum, *ſive* & reliqui fietis cum viris paucitatis: *Quibuſdam videtur*, ב *in* מְתֵי *eſſe pleonaſtice articulus nominativi, idque, apud Matth. Polum, probant, non ſolum Arabicæ linguæ genio, ſed & variis Scripturæ Sacræ argumentis; hinc vertunt*, & relinquemini viri paucitatis, *id eſt* pauci: כִּי־נִשְׁאַרְנוּ פְּלֵיטָה, Eſdr. 9. v. 15., quoniam relicti ſumus evaſio, *id eſt, ut habet Vulg.*, derelicti ſumus, qui ſalvaremur: *Particip. cum præfix.* הַנִּשְׁאָר reliquus, reſiduus, ſuper-

ſuperſtes, relictus, Geneſ. 32. v. 8., &c. *Plur.* הַנִּשְׁאָרִים reliqui, reſidui: *Fem.* הַנִּשְׁאָרָה reſidua: וְיָסְפָה פְּלֵיטַת בֵּית־ יְהוּדָה הַנִּשְׁאָרָה, Iſa. 37. verſ. 31., *ubi* ה *exprimit relativum, atque vertendum*, & perget evaſio, *ſive* reſiduum domus Judæ, quod *erit* ſuperſtes, *vel* quod relictum factum fuerit: *Item alia forma* הַנִּשְׁאֶרֶת reſiduum, Exod. 10. verſ. 5., *&* in *pauſa* הַנִּשְׁאָרֶת relicta, Joſ. 13. verſ. 2. *Plural.* הַנִּשְׁאָרוֹת reliquæ, relictæ, relicta, Zach. 11. v. 9., 12. verſ. 14. *Futur.* יִשָּׁאֵר reliquus erit, relinquetur, Iſa. 11. vv. 11. 16., וַיִּשָּׁאֶר & relictus eſt, remanſit, Geneſ. 7. verſ. 23., לֹא תִשָּׁאֵר non relinquetur, Exod. 10. v. 26., וַתִּשָּׁאֵר & ſuperſtes relicta eſt, *ſive* remanſit, Ruth. 1. vv. 3. 5. *Plural.* יִשָּׁאֲרוּ relictæ fuerint (*gentes*), Ezech. 36. verſ. 36., וַיִּשָּׁאֲרוּ & remanſerunt, Numer. 11. v. 26., *&* *fœm.* תִּשָּׁאַרְנָה, Exod. 8. vv. 5. 7., relinquentur, *& juxta Vulg.*, remaneant, remanebunt. *Hiph.* הִשְׁאִיר reliquit, reliquum, reſiduum, ſuperſtitem fecit, *vel* reliquit: *Præter.* הִשְׁאִיר־לוֹ שָׂרִיד reliquit ei ſuperſtitem, Num. 21. v. 35., וְהִשְׁאִיר אַחֲרָיו בְּרָכָה & relinquat poſt ſe benedictionem, Joel. 2. v. 14., וְהִשְׁאַרְתִּי & ſuperſtitem relinquam, 1. Reg. 19. verſ. 18. *Plur.* הִשְׁאִירוּ reliquerunt, Joſ. 11. verſ. 14., הִשְׁאַרְנוּ reliquimus, Deuter. 2. v. 34. *Infinit. cum præfix.* לְהַשְׁאִיר לָנוּ relinquendo, *& juxta Vulgat.*, ut dimitterentur nobis reliquiæ, Eſdr. 9. v. 8. *Futur.* אִם־ אַשְׁאִיר ſi reliquum faciam, ſi reliquero, 1. Sam. 25. v. 22., כִּי אֶסְלַח לַאֲשֶׁר אַשְׁאִיר, Jerem. 50. v. 20., *ubi* לַאֲשֶׁר *eſt pro* לוֹ אֲשֶׁר, *redditurque*, quoniam condonabo, *ſive* propitius ero ei, quem reliquum faciam, *ſive* reliquero: אֲשֶׁר לֹא־יַשְׁאִיר ita ut non reliquum faciat, non relinquat, Deuter. 28. v. 51., תַּשְׁאִיר reliquos faciet, relinquet, Amoſ. 5. v. 3. *Plur.* נַשְׁאֵר reliquum faciemus, relinquamus, 1. Sam. 14. v. 36., יַשְׁאִירוּ relinquent, Numer. 9. v. 12.

שְׁאָר *m.* Reliquus, reliquum, reſiduum, reliquiæ: *In conſtructione non mutatur: Sed* שְׁאָר, *&* שְׁאֹר, *quæ alium præferunt ſenſum, vide paullo poſt ſuis diſcretis in locis:* וּשְׁאָר עֵץ & reliqua ligna, Iſa. 10. v. 19., וּשְׁאָר & reſiduum, Iſa. 14. verſ. 22., וּשְׁאָר רוּחַ לוֹ & (nonne) reſiduus ſpiritus ipſi? Malach. 2. verſ. 15., בִּשְׁאָר מְדִינוֹת in reſiduo

reſiduo provinciarum, *& juxta Vulgat.* in univerſis provinciis, Eſth. 9. verſ. 12., לִשְׁאָר reliquo, reſiduo, Iſa. 11. verſ. 16.

שְׁאָר *m. Chald.*, *ſignificat idem ac ſupra*: עִם שְׁאָר חַכִּימֵי בָבֶל cum reliquis ſapientibus Babyloniæ, Dan. 2. v. 18., וּשְׁאָר & reliquum, *ſive* reliqui, cæteri, Eſdr. 4. vv. 7. 9. 10. 17., *item* וּשְׁאָר & reliquum, & cætera, Eſdr. 7. v. 20., בִּשְׁאָר de reliquo, Eſdr. 7. verſ. 18. *Et in ſtatu emphat.* וּשְׁאָרָא & reſiduum, reliquum, Dan. 7. vv. 7. 19.

שְׁאֵר *maſc. Eſt*: I. Caro; *quam quidem multi ideo dictam* שְׁאֵר *volunt, quod poſt animam ſit* reliqua *hominis, vel animalis pars*: *Verum Joanni Simoni videtur, nominis ratio potius à* re ſacrificali *derivanda*; *ut proprie ſit* caro, *ab effuſo ſanguine, & incenſis ablegminibus* reſidua, *& partim Sacerdotibus, partim poſſeſſoribus, ſacrificantibus in* cibum *cedens*; *unde & pro* cibo, *ſive* alimento *ſumitur* Exod. 21. v. 10., *per ſynecdochen autem deinde de quavis* carne *dicitur*: *Haſtenus ille. Occurrit autem* carnis *ſenſu* Pſalm. 78. vv. 20. 27., Mich. 3. v. 3. *Et cum affix.* שְׁאֵרִי caro mea, Pſalm. 73. v. 26., Jerem. 51. verſ. 35., בִּכְלוֹת בְּשָׂרְךָ וּשְׁאֵרֶךָ, Prover. 5. v. 11., in conſumere, *id eſt* quando conſumſeris carnem tuam, & corpus tuum, *ita poſt Vulg. Buxtorfius, Pagninus, Arias Montanus, Junius, & Tremellius, aliique reddunt propter præcedens nomen* carnis, *cui ſynonimum eſt*: וְעֹכֵר שְׁאֵרוֹ אַכְזָרִי, Prov. 11. v. 17., *varie redditur*; *Pagninus, Junius, & Tremellius, R. Levi, aliique apud Matth. Polum vertunt*, qui turbat carnem ſuam, *eſt* crudelis: *Alii habent*, qui turbat propinquum, *vel* proximum ſuum, *eſt* crudelis: שְׁאֵרָהּ, Exod. 21. verſ. 10., alimentum ejus, *id eſt* מְזוֹנָהּ alimentum, quod conſervat שְׁאֵרָהּ, *ut hoc loco eſt Aben Eſræ animadverſum, quemque ſequuntur Buxtorfius, Joa. Simon, & alii*: *Sunt, qui interpretantur* carnem ejus, *i. e.* maritum, *qui eſt* una caro cum uxore: *Unde & Vulgat. habet*, (providebit puellæ) nuptias: וּשְׁאֵרָם, Mich. 3. verſ. 2., caro eorum: II. *τὸ* שְׁאֵר *metonymice uſurpatur ad denotandos* propinquos, conſanguineos, *qui ſcil. de eadem* carne, *vel* ſanguine *ſunt*: *& ſic eodem genere de utroque ſexu dicitur, & ſine plurali*:

בְּשָׂרוֹ

אִישׁ אִישׁ אֶל־כָּל־שְׁאֵר בְּשָׂרוֹ, Levit. 18. v. 6., quiſque ad omnem propinquum carnis ſuæ, *id eſt* ad omnem cognatum propinquum, qui eſt caro ejuſdem corporis (non accedetis): שְׁאֵר אָבִיךָ, conſanguinea, *id eſt* de carne patris tui, Levit. 18. v. 12., *& ibidem* v. 13., שְׁאֵר אִמְּךָ conſanguinea, *id eſt* de carne matris tuæ: אוֹ־מִשְּׁאֵר בְּשָׂרוֹ, Levit. 25. v. 49., aut (*aliquis*) e propinquis carnis tuæ: *Cum affix.* אֶת־שְׁאֵרוֹ הֶעֱרָה, Levit. 20. v. 19., propinquum, conſanguineum ſuum, *& juxta alios* carnem ſuam nudavit: כִּי אִם־לִשְׁאֵרוֹ הַקָּרֹב, Levit. 21. v. 2., niſi pro conſanguineo ſuo propinquo: לִשְׁאֵרוֹ הַקָּרֹב אֵלָיו conſanguineo ſuo, proximo ſibi, Levit. 27. v. 11.

שְׂאֹר *m.* Fermentum, Exod. 12. vv. 15. 19., 13. verſ. 7., Levit. 2. v. 11., Deut. 16. v. 4. *Quidam dictionem hanc, licet puncto diſcrepet, derivant à præcedenti* שָׁאַר; *unde* fermentum *dictum* שְׂאֹר, *quaſi ſit fex* reliqua, *qua* infermentatur *maſſa farinæ*; *ſive, ut habet Guarin*, שְׂאֹר, *vel* סְאֹר *pars farinæ ſubactæ*, ſeparata, relicta, *donec* ferveſcat, aceſcatque; *unde* fermentum *dicitur*. *Alii tamen cum Joa. Simone derivant à Radice Arab.* סר ferbuit, efferbuit.

שְׁאָרָא *Chald. vide ſupra in* שְׁאָר *pag.* 1511.

שַׁאֲרָה *f.* Caro: *Et metonymice* propinquitas, conſanguinitas: שַׁאֲרָה הֵנָּה, Levit. 18. verſ. 17., propinquitas, conſanguinitas ipſæ, *ſive* caro *eadem* ipſæ *ſunt*: מִשְׁאָרָה *vide infra*.

שֶׁאֱרָה Sceeráh, *& juxta Vulg.* Sara, *nom. propr. mulieris*, 1. Paral. 7. v. 24.

שְׁאֵרִית *f.* Reſiduum, reliquiæ: *Semel ſcribitur contracte abſque* א, שֵׁרִית, 1. Paralip. 13. verſ. 38. *Cum præfix.* בְּעַד הַשְּׁאֵרִית pro reliquiis, 2. Reg. 19. verſ. 4., לִשְׁאֵרִית reſiduo, Jer. 44. v. 14. *Cum affix.* שְׁאֵרִיתֶךָ reſiduum tuum, reliquiæ tuæ, Iſa. 14. v. 30., Ezech. 5. v. 10. *Et contracte* שֵׁרוּתִךָ, Jerem. 15. v. 11., *ubi ſcribitur cum* Vau, *ſed legendum per* Jod *juxta Maſſorethas*; *&* Chirek *ſub* ת *eſt loco* Ṣægol, *pro* שֵׁרִיתֶךָ, reliquiæ tuæ: וּשְׁאֵרִיתוֹ & reliquum ejus, Iſa. 44. v. 17., וּשְׁאֵרִיתָם & reſiduum eorum, *ſive* iſtorum, Jerem. 15. v. 9.

מִשְׁאֶרֶת *f.* Mactra, *in qua maſſam farinæ* fermentatam *depſunt, ita exponunt multi*; *atque ſenſum derivant à nomine* שְׂאֹר, *de*

quo

quo ſupra , mutato שׁ *in* שׂ : *Vulg. autem reddit* reliquias : *iſtas autem* reliquias *alii* cibos , *ſive* panem in panariis , *alii* annonam , *&* alimentum , *alii* fructus , *puta vinum , oleum , mel , & reliqua exponunt* : *Ut enim eſt ſupra animadverſum* , שְׁאֵר , *ex quo* מִשְׁאָרָה , *non* carnem *tantum* , *ſed etiam* cibum , alimentum , *omne id , quo veſcimur , ſignificat* : *Occurrit in ſingul. cum affix. ita* , וּמִשְׁאַרְתֶּךָ , Deut. 28. vv. 5. 17. , & mactræ tuæ , *ſive , juxta Vulgat.* , & reliquiæ tuæ : *Plural. cum affix.* וּבְמִשְׁאֲרוֹתֶיךָ & in mactras tuas ; *Vulg. reddit* , & reliquias ciborum tuorum , Exod. 7. verſ. 28., וַיִּשָּׂא הָעָם אֶת־בְּצֵקוֹ טֶרֶם יֶחְמָץ מִשְׁאֲרֹתָם צְרֻרֹת בְּשִׂמְלֹתָם , Exod. 12. v. 34. , & tulit populus maſſam ſuam *farinaceam* , antequam fermentaretur , cum mactris ſuis ligatis in veſtimentis ſuis , *ita nonnulli reddunt* ; *At alii per τὸ* מִשְׁאָרָה *intelligunt* annonam , commeatus ; *atque ſic vertendum arbitrantur* , tulit populus farinam , antequam fermento commiſceretur , *&* commeatus ligatos in palliis ſuis ; *Nam , inquit Calmet* , Comment. *in hunc locum , nec* ſubacta farina , *nec* mactræ *aſportari ſolent , ſive reſervari* : *Tamen quidquid ſit de* mactris , *communis certe Interpretum ſententia eſt , Hebræam dictionem* בָּצֵק maſſam farinaceam , *ſive* conſperſam farinam *exprimere* .

* שְׂאֵת *Cum affix. , & præfix. vide ſupra pag.* 779. , 804. , 805. , 806. , *&c. Aliud , cum puncto ſcil. ſupra* ש *à latere dextro , vide pag.* 1496.

שְׁבָא Scevá , *& juxta Vulg.* Saba , *nom. propr. virorum* , Geneſ. 10. vv. 7. 28. , 25. v. 3. *Item nom. propr. populi* , Sebæi *ſcil.* , Job. 1. v. 15. , *&* Pſalm. 72. v. 15. , מִזְּהַב שְׁבָא de auro Seba *Arabicæ* : *Vulg. reddit* , de auro Arabiæ.

שְׁבוּאֵל Scevuél , *& juxta Vulgat.* Subuel , *nom. propr. viri* , 1. Paral. 23. v. 16.

שָׁבַב *Talmudicis eſt* , fregit ; *Arab. vero* , accendit ; *& intranſit.* exarſit. *Hinc , ut quidam arbitrantur , eſt Hebr. Pih. Futur.* , תְּשׁוֹבֵב לָנוּ , Pſalm. 60. v. 3. , ardebas , *i. e.* iraſcebaris nobis , *ita Joa. Simon* : *At Pagninus , Buxtorfius , aliique referunt ad* שׁוּב ; *atque reddunt* , revertere ad nos , *ſive , juxta Buxtorfium* , redire facias nobis *benevolentiam tuam* : *Multa alia ſub hac ipſa forma vide ibidem* ,

Digitized by Google

dem, ſcilicet in radice שוב. *Ex* שָׁבַב *derivant communiter; quæ ſequuntur, videl.*

שָׁבָב *m.* Fragmentum: *Occurrit in plural.* שְׁבָבִים, Hoſe. 8. verſ. 6., (in) fragmenta, *ſive* fruſta: *Vulg. reddit* in aranearum telas: *Aquila, & Sym. habent, ἀκαταστατῶν, id eſt* inſtabilis.

שְׁבִיב *maſc.* Incenſio, flamma, ſcintilla, *quaſi* fragmen ignis *dicta*; *ſive, ut mavult Jo. Simon, ex* שָׁבַב *juxta Arab. ſenſum*: *Occurrit apud* Job. cap. 18. v. 5.

שְׁבִיב *Chald. ſignificat idem ac ſupra. Sed legitur in ſtatu emphat., ita* שְׁבִיבָא flamma, Dan. 3. verſ. 22. *Plur.* שְׁבִיבִין flammæ, Dan. 7. v. 9.

שׁוֹבָב *maſc., & Plur.* שׁוֹבָבִים *vide infra inter nomina verbi* שׁוּב.

שְׁבִיבָא *Chald. vide ſupra in* שְׁבִיב *item Chald.*

שָׁבָה Captivum cepit, duxit, abduxit, deportavit, fecit, tenuit, detinuit: *Præter.* אֲשֶׁר־שָׁבָה quem captivum abduxit, Jerem. 41. v. 14., *& cum affix.* וְשָׁבָם & captivos abducet eos, Jerem. 43. v. 12., הַאֲשֶׁר שָׁבִיתָ num, quos captivos cepiſti? 2. Reg. 6. verſ. 22., שָׁבִיתָ שֶּׁבִי, Pſalm. 68. v. 19., captivam duxiſti captivitatem: וְשָׁבִיתָ שִׁבְיוֹ & captivam duxeris captivitatem ejus, Deuter. 21. verſ. 10., שְׁבִתְךָ *dictio compoſita, vide* יָשַׁב *in Infinit. pag.* 503. *Plur.* שָׁבוּ duxerunt captivos, Geneſ. 34. verſ. 29., *& cum affix.* וְשָׁבוּם שֹׁבֵיהֶם, 1. Reg. 8. v. 46., & captivos ceperint eos, captivos abducentes eos: אֲשֶׁר שְׁבִיתֶם, 2. Paralip. 28. v. 11., quos captivos abduxiſtis, 2. Paralip. 28. v. 11., *Partic. plural.* וְהָיוּ שֹׁבִים לְשֹׁבֵיהֶם, Iſa. 14. verſ. 2., & erunt captivantes eos, qui ſe ceperant, *vel* eos, quorum captivi fuerant ipſi: שׁוֹבֵינוּ captivantes, *ſive* captivos tenentes nos, Pſalm. 137. verſ. 3., שֹׁבֵיהֶם, Jerem. 50. v. 33., *&* שׁוֹבֵיהֶם, Pſalm. 106. v. 46., captivos abducentes, captivantes, *ſive* qui captivos ceperant eos: *Partic. Pahul plural. cum præfix.* לִקְרֹא לִשְׁבוּיִם דְּרוֹר, Iſa. 61. ver.ſ 1., ad prædicandam captivis libertatem; *& juxta Vulg.*, prædicarem captivis indulgentiam: *Plur. fem. cum præfix.* כִּשְׁבֻיוֹת חָרֶב quaſi captivæ gladio, Geneſ. 31. verſ. 26. *Infin. conſtr.* בְּיוֹם שְׁבוֹת, Abd. 1. v. 11., in die

in

in captivitatem abducere, *id eſt* quando in captivitatem abducebant: *Imper.* וּשֲׁבֵה, *pro* וּשְׁבֵה, Jud. 5. v. 12., & in captivitatem abduc; *Vulg. reddit*, & apprehende captivos tuos: *Futur. per apocopam*, וַיִּשְׁבְּ מִמֶּנּוּ שֶׁבִי, Num. 21. verſ. 1., & captivam fecit ex eo captivam turbam; *Vulgat. reddit*, & victor exiſtens, duxit ex eo prædam: *Fœm. cum affix. in pauſa* תִּשְׁבֶּךָּ, Numer. 24. v. 22., captivum tenebit te: *Plural.* וַיִּשְׁבּוּ & captivaverunt, Num. 31. v. 9. *Niph. præter.* כִּי נִשְׁבָּה quòd captivus abduceretur, *vel* quia captivus abductus eſt, Geneſ. 14. verſ. 14. *Plur.* נִשְׁבּוּ captivi abducti, captivæ abductæ fuerunt, 1. Sam. 30. vv. 3. 5., Ezech. 6. v. 9.

שְׁבוֹ *m.* Achátes, lapis pretioſus, *dictus ab* Achate *fluvio Siciliæ, in quo primum inventus. Gemma eſt ſatis vulgaris, & huic mira in coloribus varietas: Hactenus Guarin. Aliis eſt* amethyſtus, *vel* berýllus. *Sed Jo. Simon arbitratur, per τὸ* שְׁבוֹ *deſignatum potius* chryſopaſium, *qui* gemma *eſt* viridis, ſplendore aureo renitens, *dicta* שְׁבוֹ *à* renitendo, *ex ſignificatione radicis Arab.* שבא renituit: *Occurrit autem* Exod. 28. v. 19., *&* 39. v. 12.

שְׁבִי *m.* Captivitas, *ut* Iſa. 20. v. 4., 49. vv. 24. 25. *Et metonymice ipſi* captivi, captiva turba, captivorum multitudo: *In pauſa eſt cum* Sægol, *ita* שֶׁבִי captivitas, *ut* Pſal. 68. v. 19. *Cum præfix.* עַד בְּכוֹר הַשְּׁבִי, Exod. 12. v. 29., uſque ad primogenitum captivæ; *&* הַשֶּׁבִי, Nehem. 1. v. 2., captivitas: בַּשְּׁבִי, 2. Paralip. 29. v. 9., *&* בַּשֶּׁבִי, Deut. 28. v. 41., in captivitate, in captivitatem: מֵהַשְּׁבִי e captivitate, Eſdr. 3. v. 8., לַשְּׁבִי, Pſalm. 78. v. 61., *&* לַשֶּׁבִי, Jerem. 15. v. 2., captivitati, in captivitatem: מִשְּׁבִי, Eſdr. 2. v. 1., *&* מֵהַשְּׁבִי, Eſdr. 3. v. 8., e captivitate: *Cum affix.* וְשְׁבֵיהָ שֶׁבְיוֹ & captivam duces captivitatem ejus, *id eſt* multitudinem captivorum, *ſive* turbam, quam cepiſti, Deuter. 21. verſ. 10., שִׂמְלַת שִׁבְיָהּ veſtis captivitatis ſuæ, Deuter. 21. v. 13., וּשְׁבְיְכֶם & captivi veſtri, Num. 31. v. 19., בְּאֶרֶץ שִׁבְיָם in terra captivitatis ſuæ, 2. Paral. 6. v. 37.

שֹׁבִי Scovi, *& juxta Vulg.* Sobi, *nom. propr. viri*, 2. Sam. 17. verſ. 27.

שֹׁבִי

שְׁבָי Scovái, *& juxta Vulg.* Sobai, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. verſ. 42.

שִׁבְיָה *fœm.* Captivitas: *Et metonymice ipſi* captivi, turba captiva; *abſtractum enim ſæpe uſurpatur ut concretum*: וַיִּשְׁבּוּ מִמֶּנּוּ שִׁבְיָה גְדוֹלָה, 2. Paral. 28. v. 5., & captivam fecerunt ex eo captivitatem magnam, *id eſt* multitudinem magnam; *Vulg. vertit*, magnamque prædam cepit: בְּאֶרֶץ שִׁבְיָה in terra captivitatis, Nehem. 3. v. 36. *Aliud vide mox infra*: *Cum præfix.* הַשִּׁבְיָה captivi, 2. Paral. 28. vv. 11. 13., captiva turba, *& juxta Vulg.* præda, 2. Paral. 28. verſ. 14., בַּשִּׁבְיָה in turba captiva, *id eſt* in numero captivorum, Deut. 21. v. 11., וַיַּחֲזִיקוּ בַּשִּׁבְיָה & apprehenderunt captivam turbam, *ſive* captivos, 2. Paral. 28. verſ. 15., *ſed* Jerem. 48. verſ. 46., בַּשִּׁבְיָה in captivitatem.

שְׁבִיָּה *m.* Captiva turba; שְׁבִיָּה בַּת־צִיּוֹן, Iſa. 52. v. 2., captiva turba, filia Sion, *ſive* ex Sione: *LXX.*, *& Vulgat. legentes* שְׁבִיָּה *verterunt*, captiva filia Sion.

שִׁיבָה *f.* Captivitas, *ſive* captiva turba: *Aliud*, *eamdem formam*, *ſed diverſum habens ſenſum*, *vide ſupra poſt* יָשַׁב *pag.* 507. *Sed* שִׁיבָה *vide infra inter nomina poſt* שׁוּב: *Conſtruct.* שׁוּב יְהוָה אֶת־שִׁיבַת צִיּוֹן in convertendo, *id eſt* quando redire fecit Dominus captivitatem, *vel* captivam multitudinem Tzionis, Pſalm. 126. v. 1.

שְׁבִית *f.* Captivitas, Pſalm. 85. verſ. 2. *Et metonymice ipſi* captivi, captiva turba: *Cum præfix.* בַּשְּׁבִית in captivitatem, Num. 21. v. 29. *Cum affix.* שׁוּבָה יְהוָה אֶת־שְׁבוּתֵנוּ, Pſal. 126. v. 4., *ubi habetur* Vau, *ſed legendum per* Jod, redire fac, Domine, captivitatem noſtram: וּשְׁבִית שְׁבִיתַיִךְ, Ezech. 16. v. 53., *ubi legendum* וּשְׁבוּת, & captivitatem captivitatis tuæ, *id eſt* multitudinis captivorum tuorum. (*reducam*, *ſive convertam*): וְשָׁב שְׁבוּתָם, Soph. 2. v. 7., *ubi*, *ut ſupra*, Vau *pro* Jod, & reducet, *ſeu* revocabit captivitatem eorum: וְשַׁבְתִּי אֶת־שְׁבוּתְהֶן אֶת־שְׁבִית סְדֹם, Ezech. 16. v. 53., *ubi permutatio* Vau *in* Jod, *& e contra*, & convertam, *vel* reverti faciam captivitatem illarum, captivitatem Sodomæ.

שְׁבוּת *f.* Captivitas. *Et metonymice ipſi* captivi, turba captiva.

tiva. *Quædam in textu occurrunt ſcripta cum* Jod *in medio, ſed legenda per* Vau, *ut* וַיהוָה שָׁב אֶת־שְׁבִית אִיּוֹב, Job. 42. v. 10., & Dominus reduxit, *vel* convertit, reſtituit captivitatem Jobi, *id eſt* liberavit Jobum à miſeriis, quibus velut captivus detinebatur: *Quidam alii cum Junio, & Tremellio vertunt*, tum reſtituit Dominus, quod captum, *ſive* ablatum fuerat Jobo: *Vulg. habet*, Dominus quoque converſus eſt ad pœnitentiam Job; *legebat vel* שׁוּבַת *conſtr.*, *vel* שְׁבוּת reverſio, converſio, pœnitentia: שְׁבוּתְךָ captivitas tua, Deuter. 30. verſ. 3., *&* לְהָשִׁיב שְׁבִיתֵךְ, Thren. 2. verſ. 14., ut averterent captivitatem tuam: *Vulg. reddit*, ut te ad pœnitentiam provocarent; *legebat & hoc in loco* שׁוּבַת, *vel* שְׁבוּת *à* שׁוּב reverſus eſt, convertit ſe: בְּשׁוּבִי אֶת־שְׁבוּתֵיכֶם in convertere me, *i. e.* cum convertero captivitatem veſtram, Sophon. 3. v. 20., *& cum* Jod *loco* Vau, שְׁבִיתְכֶם (& reducam) captivitatem veſtram, Jerem. 49. v. 14., בְּשׁוּבִי אֶת־שְׁבוּתָם cum convertero ego captivitatem eorum, Jerem. 31. v. 23.

שׁבח *In Kal inuſit. Inde Pih.* שִׁבַּח, *quod in genere, ut notat Joa. Simon, ſignificat*, mulſit, demulſit, permulſit: *in ſpecie autem ſonat*: I. Laudavit, laudibus celebravit, *q. d.* laudibus mulſit: II. Lenivit, ſedavit, mitigavit, repreſſit, compeſcuit: *Præter.* וְשִׁבַּחְתִּי & laudavi, Eccleſ. 8. verſ. 15. *Imper. fœm.* שַׁבְּחִי lauda, Pſalm. 147. verſ. 12. *Plural. cum affix.* שַׁבְּחוּהוּ laudate eum, Pſalm. 117. v. 1. *Futur. cum affix.* תְשַׁבְּחֵם reprimis, mitigas eos, Pſalm. 89. v. 10., יְשַׁבַּח laudabit, Pſalm. 145. v. 4., *& cum affix. &* Nun *epenthet.*, יְשַׁבְּחֶנָּה reprimit, ſedat eam, *& juxta Vulg.* differt, & reſervat, Prover. 29. verſ. 11. *Plur. cum affix.*, *&* Nun *parageg.* יְשַׁבְּחוּנְךָ laudabunt te, Pſalm. 63. v. 4. *Hiph. Partic.* מַשְׁבִּיחַ, Pſalm. 65. v. 8., ſedans; *LXX. vero, & Vulgat. ſenſum Arab. ſecuti verterunt*, qui conturbas. *Hithp. Infinit.* לְהִשְׁתַּבֵּחַ בִּתְהִלָּתֶךָ, Pſalm. 106. verſ. 47., *Buxtorfius vertit*, ad laudationibus commendandum nos in laude tua: *Vulg.*, *Pagninus, aliique reddunt*, ut gloriemur in, *ſive* de laude tua.

שׁבח *Chald. Pah.* laudavit: *Præterit.* שַׁבַּחְתְּ laudaſti, Dan. 5. verſ. 23., וּלְחַי עָלְמָא שַׁבְּחֵת, Dan. 4. verſ. 31., & vi-

& viventem in perpetuum laudavi : *Plural.* וְשַׁבַּחוּ לֵאלָהֵי דַהֲבָא & laudabunt deos aureos, Dan. 5. v. 4. *Particip.* מְשַׁבַּח laudo, Dan. 4. v. 34.

שַׁבֵּחַ *m.* Laudans : *Vim, & uſum habet Participii, Buxtorfio auctore:* וְשַׁבֵּחַ אֲנִי אֶת־הַמֵּתִים & laudabam, *ſive, juxta Vulg.*, laudavi ego mortuos, Eccleſ. 4. v. 2.

שבט *Radix Hebr. inuſitata: Sed Chald., Guarin interprete,* - ־ *eſt*, virgam habuit: *Syr. vero, ut admonet Joa. Simon, eſt*, extendit, extendit ſe. *Inde nomen Hebr., quod mox ſequitur.*

שֵׁבֶט *com. Eſt* I. Virga, baculus, *dictus* שֵׁבֶט, *quod ſit, inquit Joa. Simon*, extenſionis, *&* inclinationis *medium; ſicut Græce σκῆπτρον eſt à σκήπτω* innitor : II. *Eſt metonymice* haſtile, *vel potius* ſpiculum *ex* baculo *factum*, telum: baculus, *ſive* virga paſtoris: *Item* ſtylus, calamus; *ſpeciatim autem* baculus principis, *ſive* ſceptrum: *Item* imperium, dominatus, regia poteſtas, majeſtas: III. *Eſt* tribus, שֵׁבֶט *dicta, quòd ſit* extenſio, *&* augmentatio familiæ. *Omnes hujuſce dictionis varii recenſiti ſenſus, non Chriſtianorum modo, ſed & Hebræorum una ſententia in genere probantur. Extat tamen celeberrimus ex* Geneſ. 49. verſ. 10. *locus, de cujus genuino ſenſu litem nobis intendunt Rabbini recentiores: Sic autem ſe habet:* לֹא־יָסוּר שֵׁבֶט מִיהוּדָה, *quod divinum oraculum ita Chriſtiani omnes interpretrantur*, non auferetur ſceptrum de Juda, *i. e.* reges, *&* regia auctoritas. *Quam utique interpretationem neceſſario poſtulat ipſius divini oraculi ſcopus, orationiſque, qua illud exprimitur, ſeries, atque nexus; confirmat etiam maxime Antiquorum ſententia, atque auctoritas Certe LXX. inprimis habent, ut nos, videlicet* ȣκ ἐκλείψει ἄρχων, ἐξ Ἰȣδα, *id eſt* non deficiet princeps ex Juda: *Symmachus vertit,* ȣ περιαιρεθήσεται ἐξȣσία ἀπὸ Ἰȣδα non auferetur poteſtas à Juda. *Ad hæc: Triplex Targum, & præcipue Chald. Onchelofi hæc habet:* לא יעד עביר שולטן non deficiet Dominator; *ita & Talmudiſtæ in Tractatu* Sanhedrin cap. 1., *& Tractatu* Horajot cap. 3. *Sed & R. Salomon, vulgo Raſci comment. in Talmud* Sanhedrin cap. 1. *aperte fatetur, vocem* שֵׁבֶט *laudato in loco* לשון שררה ſignificare principatum. *Notanda etiam, quæ habet R. David Kimchi,*

Digitized by Google

Kimchi, *vulgo Radak in radice* שבט, *exponens Jacobi laudatum oraculum, ita ſcribit*: ונקרא הראש והמושל שבט כי דרך המושל להיות שבט בידו *id eſt* appellatur Princeps, & Dominator שבט, quia Dominatoris proprium habere, geſtare virgam, *aut* baculum in manu ſua: *Quibus conſentiunt alii Recentiores, Ab. Eſra, R. Abraham Hiſpanus; R. Tanchuma, R. Bechai, R. Moſce Nachman, R. Iitzchazk ben Arama, Charkuni, &c. Quem quidem communem ſenſum firmant plane, quæ præcedunt, quæque ſequuntur. Nam ita Jacob ſuum exorditur vaticinium*: Juda, te laudabunt fratres tui: manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum; adorabunt te filii patris tui, *&c. Atqui hæc, aliaque non* felicitatem *modo*, *ſed &* imperium, dominatum *ſonant*. *Deinde ibidem vox* שֵׁבֶט *huic alteri* וּמְחֹקֵק *fuit a Propheta illigata: Atqui τὸ* מְחֹקֵק *ubique in ſacris literis uſurpata legitur ad deſignandum* legislatorem, *eum ſcil.*, *qui* condendarum legum, *quibus populos obſequi neceſſe ſit*, poteſtatem, auctoritatemque habet, *uti conſtat ex* Deut. cap. 33. v. 21., *ex* Pſalm. 60. verſ. 9., Iſa. 33. verſ. 2., *& alibi*: *Hinc, ut notat etiam R. David Kimchius in* cap. 33. Iſa., *cum* ſummus princeps, *vel* magiſtratus *hac ipſa ſit poteſtate inſtructus*, *vox eadem* מְחֹקֵק *deſignat ipſum* Ducem, Principem, Dominatorem: *Sed de hoc ſatis*. לִשְׁנֵי עָשָׂר שָׁבֶט per duodecim tribus, Exod. 28. v. 21., וְלַחֲצִי שֵׁבֶט & dimidiæ tribui, Exod. 29. verſ. 7. *Cum præfix.* וְשֵׁבֶט & virga, Proverb. 10. verſ. 13., *item* ſceptrum, Amoſ. 1. vv. 5. 8., *&* imperium, dominatus, Numer. 24. v. 17., Pſalm. 125. v. 3., Iſa. 14. v. 5., *ubi Vulgat. reddit* virgam: וְשֵׁבֶט מִצְרַיִם, Zach. 10. v. 11., & imperium, *ſive* dominatus, *vel*, *juxta Vulgat.*, ſceptrum Ægypti: תַּחַת הַשָּׁבֶט, Levit. 21. verſ. 22., ſub virga *paſtoris*: בַּשֵּׁבֶט, Exod. 21. v. 20., *&* בְּשֵׁבֶט, 2. Sam. 7. v. 14., virga, in virga; *item* בַּשָּׁבֶט, Iſa. 28. v. 27., in baculo: מֹשְׁכִים בְּשֵׁבֶט סֹפֵר, Jud. 5. v. 14., trahentes ſtylo ſcribæ, *id eſt* ſcribentes בְּקוּלְמוֹס calamo ſcriptorio, *ut Chaldæus transfert, eſtque periphraſis Scribarum, ſive Doctorum, & ſapientum, ita Buxtorfius*: *Alii habent*, trahentes in ſtylo ſcribæ, *i. e. ductores militum ducentes in bellum ſub certis ſtipendiis*,

 quo-

quorum rationes ſcriba *in tabulas referret*, *& milites numeraret*. *Regi enim*, *vel Imperatori* ſcriba *adeſſe ſolebat*: *Vulgat. habet*, qui exercitum ducerent ad bellandum: *ſenſum expoſuit*; *nam* שֵׁבֶט virga *erat ducum ſignum*, *quo milites* trahunt, ducunt, recenſent: לְשֵׁבֶט tribui, Joſ. 13. v. 14., *item* לְשֵׁבֶט de tribubus, per tribus, Deuter. 1. v. 23., Joſ. 3. v. 12., מִשֵּׁבֶט de, *ſive* e tribubus, Joſ. 4. verſ. 2. *Cum affix.* שִׁבְטְךָ virga tua, Pſalm. 23. verſ. 4., בְשִׁבְטֶךָ in virga tua, Mich. 7. v. 14., שִׁבְטוֹ virga ſua, Job. 9. v. 34., חוֹשֵׂךְ שִׁבְטוֹ parcens virgæ ſuæ, Proverb. 13. verſ. 24., אִישׁ לְשִׁבְטוֹ unuſquiſque per tribum ſuam, Jud. 21. v. 24. *Plural.* שְׁבָטִים tribus, Joſ. 18 verſ. 2., Pſal. 122. v. 4., *item* tela, ſpicula, *& juxta Vulg.* lanceæ, 2. Sam. 18. v. 14., *& cum præfix.* לְתִשְׁעַת הַשְּׁבָטִים novem tribubus, Joſ. 13. v. 7. *Conſtr.* שִׁבְטֵי tribus, Geneſ. 49. v. 16., בְּשִׁבְטֵי in tribubus, Jud. 21. v. 15., לְשִׁבְטֵי tribubus, Joſ. 12. v. 7., מִשִּׁבְטֵי e tribubus, Joſ. 3. v. 13. *Cum affix.* בְּאַחַד שְׁבָטֶיךָ in una tribuum tuarum, Deuter. 12. v. 14., לִשְׁבָטֶיךָ per tribus tuas, Deut. 16. v. 18., זִקְנֵי שִׁבְטֵיכֶם ſenes tribuum veſtrarum, Deut. 31. v. 28., לְשִׁבְטֵיכֶם per tribus veſtras, *ſive* in tribubus veſtris, Deuter. 1. verſ. 13., בִּשְׁבָטָיו in tribubus ejus, Pſalm. 105. verſ. 37., לִשְׁבָטָיו per tribus ſuas, Numer. 24. verſ. 2., פִּנַּת שְׁבָטֶיהָ angulus tribuum ejus, Iſa. 19. verſ. 13., לְשִׁבְטֵיהֶם per tribus ipſorum, Ezech. 45. v. 8.

שְׁבַט *com. Chald.* tribus: *Plural.* לְמִנְיָן שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל juxta numerum tribuum Iſrael, Eſdr. 6. v. 17.

שְׁבָט Scebhàt, *nomen menſis*, *qui eſt quintus anni civilis*, *& undecimus anni eccleſiaſtici*, *reſpondens ex parte Januario noſtro*, Zach. 1. v. 7.

שָׂבַךְ Plexuit, implexuit, perplexuit, implicavit: *Eſt a radice* סָבַךְ, *mutato* Samech *in* Sin. *Sub hac autem forma occurrunt tantum nomina*, *quæ ſequuntur*.

שְׂבָךְ *maſc.* Perplexum, reticulatum opus, reticulum plexum; *& juxta Buxtorfium*, encarpus, *ornamentum ſcil. frondoſum columnarum*: *Occurrit in plur.* שְׂבָכִים מַעֲשֵׂה שְׂבָכָה, 1. Regum 7. v. 17., encarpos opere implexo *fecit*, *ita quidam cum Buxtorfio*: *Alii reddunt* reticula, *vel* retiacula, cancellos

cellos opere retis, *ſive* opere perplexo, *id eſt*, *ut habet Junius*, *totum capitulum ex florum*, *frondium*, *ac fructuum implexu coronario incurſantium conſtabat*, *quaternis ordinibus*, *qui ternis faſciis redimiti erant*: *Vulg. habet*, & quaſi in modum retis.

שׂוֹבֶךְ *m.* Perplexitas: תַּחַת שׂוֹבֶךְ הָאֵלָה, 2. Sam. 18. v. 9., ſubter perplexitatem, *vel* denſitatem quercus; *Vulg. vertit*, ſubter condenſam quercum.

שׁוֹבַךְ Scovac, *nom. propr. magiſtri militiæ Adar-Ezer regis*, 2. Sam. 10. v. 16.

שְׂבָכָא *Chald. vide ſupra in* סַבְּכָא *pag.* 841.

שְׂבָכָה *fœm.* Perplexum, perplexitas, opus implexum, reticulum, *&* *juxta Vulg.* retiaculum, 2. Reg. 25. verſ. 17., Jerem. 25. v. 22., וְעַל־שְׂבָכָה, Job. 18. v. 8., & ſuper reticulum, *vel* retiaculum; *Vulgat. vertit*, & in maculis ejus: maculæ *autem ſunt* retia, *vel* retis oculi: *Cum præfix.* הַשְּׂבָכָה opus plexum, *&* reticulatum, *ſive* retiaculum, 1. Reg. 7. vv. 18. 20., 2. Reg. 25. v. 17., Jerem. 52. verſ. 23. *Item* clathri, cancelli, tranſenna, 2. Reg. 1. verſ. 2., לַשְּׂבָכָה הָאֶחָת, 1. Reg. 7. v. 42., & in reticulo, *ſive* retiaculo unoquoque: *Plur. cum præfix.* וְהַשְּׂבָכוֹת שְׁתַּיִם & reticula, *ſive* retiacula duo, 1. Reg. 7. v. 41.

שָׁבַל Proceſſit, progreſſus eſt; *idque vel* creſcendo, *vel* fluendo: *Hebræis inuſitatum*; *Syris autem in Pahel*, *Joa. Simone interprete*, *eſt*, procedere fecit, duxit, deduxit: *Inde ſunt*

שֹׁבֶל *maſc.* Semita, via, *qua* proceditur, *juxta Buxtorfium*: חֶשְׂפִּי־שֹׁבֶל, Iſa. 47. v. 2., denuda (pedes) ad ſemitam: *Alii habent*, denuda talum, *vel* plantam, tibiam, pedem; *Joa. Simon* τὸ שֹׁבֶל *de* coma, cæſarie, [illegible] *dicta à* fluendo, *exponit*: *Vulgat. vertit*, diſcooperi hum[illegible] ſu[illegible] *ut ſcilicet expeditior ſis ad molendum*, *vel*, *ut plagas*, [illegible] [illegible]*ra Perſarum nudo humero*, *&* *dorſo accipias*.

שִׁבֹּל *m.* Bacca, *juxta Buxtorfium*, *dicta* שָׁבַל *à* fluendo: *Jo. Simoni*, *&* *quibuſdam aliis eſt* termes, *dictus* שָׁבַל *à* creſcendo; *multis vero eſt* ſpica, *dicta &* *ipſa* שִׁבֹּל, *quod ex illius cellulis glumaceis fluit*, *exit granum*: *Occurrit tantum in Plural. conſtruct.* מַה־שְּׁתֵּי שִׁבֲּלֵי הַזֵּיתִים, Zachar. 4.

 v. 12.,

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

v. 12., quid *ſunt* duæ baccæ, *vel* termites, *ſive* ſpicæ olivarum?

שְׁבִיל *m.* Semita, via, *qua* proceditur: *Cum affix.* וּשְׁבִילֶיךָ, Pſal. 77. v. 20., *ubi legendum juxta Maſſorethas*, שְׁבִילְךָ, & ſemita tua: *Plural. conſtruct.* שְׁבוּלֵי עוֹלָם, Jerem. 18. verſ. 15., *ubi* Vau *loco* Jod, ſemitæ ſeculi.

שְׁבוּל *Vide ſupra in* שְׁבִיל.

שׁוֹבָל Scovál, *nom. propr. virorum*, Geneſ. 36. verſ. 20., 1. Paral. 2. v. 50., 4. v. 2.

שִׁבֹּלֶת *f. Eſt*: I. Fluxus *aquæ*, fluentum, Pſalm. 69. vv. 3. 16., *ubi à Vulg. redditur* tempeſtas: *Et cum præfix.* מִשִּׁבֹּלֶת הַנָּהָר, Iſa. 27. v. 12., à fluxu, *ſive*, *juxta Vulg.* ab alveo fluminis: II. *Eſt* ſpica, Job. 24. v. 24., *&* Jud. 12. verſ. 6., *ubi tamen ſcriptum legitur cum* ס *loco* ש, *ita ſcilicet* סִבֹּלֶת: *Plur. maſc.*, *ſive fœm. ſub terminatione maſculina*, שִׁבֳּלִים, Gen. 41. vv. 5. 6. 22., Iſa. 17. verſ. 5., *& cum præfix.* הַשִּׁבֳּלִים, Geneſ. 41. v. 7., ſpicæ: וַאֲלַקֳּטָה בַשִּׁבֳּלִים & colligam ſpicas, Ruth. 2. v. 2.

שַׁבְּלוּל *m.* Limax, *& juxta Vulg.* cera: *Occurrit* Pſalm. 68. verſ. 9., כְּמוֹ שַׁבְּלוּל ſicut limax, *ſive* ſicut cera. *In cod. Talmud. Moëd Katon* cap. 1. *ſcribit Scholiaſtes ad laudati* Pſalmi *locum*, שַׁבְּלוּל *eſſe reptile*, *quod*, *cum egreditur è concha ſua*, *ſaliva* fluit *ab ipſo*, *donec planè liqueſcat*, *& moriatur*, *uti refert Buxtorfius*: *Bocharto autem*, *aliiſque* τὸ שַׁבְּלוּל *videtur compoſitum ex* ישב habitavit, *&* בְּלוּל in cochlea, *quòd in* teſta, graduum *inſtar inflexa*, habitet.

* שְׁבָם, *&* שְׁבוּם *Dictiones compoſitæ*, *quas vide ſupra in* שְׁבָה *pag.* 1514. *Vide etiam*, *quod ſequitur*.

שְׂבָם Scevám, *& juxta Vulg.* Saban, *nom. propr. urbis Tribus Ruben*, Num. 32. v. 3.

שִׂבְמָה Scivmáh, *& juxta Vulgat.* Sabama, *nom. propr. urbis Tribus Ruben*, Num. 32. v. 38.

שֶׁבְנָא Scevná, *& juxta Vulgat.* Sobna, *nom. propr. viri*, Iſa. 22. verſ. 15.

שֶׁבְנָה Scevnáh, *& juxta Vulgat.* Sobna, *nom. propr. Scribæ*, 2. Reg. 18. vv. 18. 26., Iſa. 22. v. 15.

שְׁבַנְיָה Scevaniáh, *& juxta Vulg.* Sabania, *nom. propr. virorum*, 1. Paral. 15. v. 24., Nehem. 9. v. 4. *&c.*

שְׁבַם

שְׂבָס *m. Radix in ſingulari inuſit. Occurrit ſemel tantum in plur. cum præfix.* וְהַשְּׂבִיסִים, Iſa. 3. v. 18., *varie redditur: LXX. habent* καὶ τὺς κοσύμβυς & cincinnos; *Aquila reddit* τελαμῶνας faſcias; *Alii vertunt* & reticula, *ſive* vittas inſtar retis, *ornamenta ſcil. muliebria capitis, juxta R. Salomonem: Kimchio eſt* veſtimentum *factum* opere תַּשְׁבֵּץ, *id eſt* taſſellato. *Nonnulli ſunt arbitrati, fuiſſe* calceamentorum *genus* reticulatum.

שָׁבַע Juravit: *In Kal inuſit. Aliud, ſed cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro,* שָׂבַע *vide infra ſuo loco. Niph.* נִשְׁבַּע juravit, *vel* juramento ſe ſe obſtrinxit: *Præter.* נִשְׁבַּע־לִי juravit mihi, Geneſ. 24. verſ. 7., נִשְׁבַּעְתָּ לָהֶם בָּךְ juraſti illis per temetipſum, Exod. 32. v. 13., בִּי נִשְׁבַּעְתִּי per memetipſum juravi, Gen. 22. v. 16. *Plur.* נִשְׁבְּעוּ juraverunt, Gen. 21. v. 31., *&* *in pauſa* בִּי נִשְׁבָּעוּ per me jurant, *ſive, juxta Vulg.*, adverſum me jurabant, Pſal. 102. verſ. 9., נִשְׁבַּעְתֶּם juraſtis, Joſ. 6. v. 22., נִשְׁבַּעְנוּ juravimus, Joſ. 9. verſ. 20. *Partic.* הַנִּשְׁבָּע jurans, qui jurat, Pſal. 63. v. 12. *Plur.* הַנִּשְׁבָּעִים jurantes, Iſa. 48. v. 1., וּבַנִּשְׁבָּעִים & contra jurantes, Malach. 3. v. 5., *ubi Vulg. habet* & perjuris: *Fœm. plur.* וְנִשְׁבָּעוֹת & jurantes, Iſa. 19. v. 18. *Infin.* הִשָּׁבַע jurando, Numer. 30. verſ. 3., *&* הִשָּׁבֵעַ jurare, Jerem. 7. verſ. 9. *Cum præfix.* לְהִשָּׁבֵעַ ut jurent, Jerem. 12. v. 16. *Imperat. cum* ה *paragog.* הִשָּׁבְעָה, Geneſ. 21. v. 23., *&c.*, jura: הִשָּׁבְעִי *vide infra inter nomina. Plur.* הִשָּׁבְעוּ jurate, Joſ. 9. verſ. 12. *Futur.* אִשָּׁבֵעַ jurabo, Geneſ. 21. v. 24., וָאִשָּׁבַע & juravi, 1. Reg. 2. verſ. 8., תִּשָּׁבֵעַ jurabis, Deuter. 6. verſ. 13., יִשָּׁבַע jurabit, juraverit, juret, Levit. 5. verſ. 24., 1. Reg. 1. verſ. 51., *&c.*, וַיִּשָּׁבַע & juravit, Geneſ. 24. verſ. 9. *Fœm.* תִּשָּׁבַע jurabit, juraverit, Levit. 5. verſ. 4. *Plural.* תִּשָּׁבְעוּ jurabitis, Levit. 19. v. 12., יִשָּׁבֵעוּ jurabunt, Jerem. 5. verſ. 2., וַיִּשָּׁבְעוּ & jurarunt, Eſdr. 10. verſ. 5. *Hiph.* הִשְׁבִּיעַ adjuravit, jurare fecit, *ſive* juſſit: *Præterit.* הַשְׁבֵּעַ הִשְׁבִּיעַ, Exod. 13. v. 19., adjurando adjuraverat, *id eſt* jurejurando obſtrinxerat: וְהִשְׁבִּיעַ & adjurabit, Numer. 5. v. 19., *& cum affix.* הִשְׁבִּיעַנִי adjuravit me, Geneſ. 50. v. 5., הִשְׁבִּיעֶךָ adjuravit te, Geneſ. 50. verſ. 6.,

reddit, ut perjurus, ita & ille, qui verum dejerat: *Et cum* Kibbutz *loco* Scurek, הַשְׁבֵּעַ שְׁבֻעָה, Num. 30. v. 3., jurando juramento, *id eſt* jurejurando obſtringendo: *Et cum præfix.* הַשְּׁבוּעָה, Job. 9. v. 20., *&* הַשְּׁבֻעָה, Geneſ. 26. v. 3., juramentum; וְהַשְּׁבֻעָה & illa adjuratio, *ſive*, *juxta Vulgat.*, deteſtatio, Dan. 9. v. 11., בִּשְׁבֻעָה juramento, Levit. 5. v. 4., לִשְׁבוּעָה in juramentum, *ſive*, *juxta alios* in execrationem, Numer. 5. v. 21., Iſa. 65. verſ. 15. *Conſtr.* שְׁבוּעַת, Eccleſ. 8. verſ. 2., *&* שְׁבֻעַת, Exod. 22. v. 10., Num. 30. v. 14., 2. Sam. 21. v. 7., juramentum; בִּשְׁבֻעַת juramento, Num. 5. verſ. 29. *Cum affix.* מִשְּׁבֻעָתִי à juramento meo, Gen. 24. v. 8., מִשְּׁבֻעָתֶךָ à juramento tuo, Joſ. 5. vv. 17. 20., וּשְׁבוּעָתוֹ, Pſalm. 105. v. 9., (memor fuit) juramenti ſui: *Plur.* שְׁבֻעוֹת, Habac. 3. v. 9., juramenta: שְׁבֻעֹת חֻקּוֹת קָצִיר, Jerem. 5. verſ. 24., juramentis ſtatutis meſſem, *ſive* juramenta ſtatutorum meſſis, *id eſt* jura ſtatuta meſſis (ſervat nobis), *ita aliqui reddunt cum Joa. Simone*: *Vulg. habet*, plenitudinem annuæ meſſis, *id eſt* copioſas meſſes (cuſtodientem nobis).

שֶׁבַע *m.* Septem, *numerus ſcil. cardinalis*, *qui*, *ut quibuſdam videtur*, *dictus* שֶׁבַע, *quia* numerus, *quo* juratur: *Nam* juramenta ſeptem teſtibus, *ſive* pignoribus *confirmabantur*: *Alii tamen arbitrantur*, *ipſum potius verbum* שָׁבַע juravit, *de quo ſupra*, *ab hoc* numero cardinali שֶׁבַע *derivandum*: שֶׁבַע שָׁנִים ſeptem annis: *Item* ſepties, *ut* שֶׁבַע בַּיּוֹם ſepties in die, Pſalm. 119. v. 164. *Item* ſeptimus, 1. Reg. 16. vv. 10. 15., 2. Reg. 13. v. 10. *Item* ſeptuplum, Levit. 26. vv. 18. 21. *Et per Synecdochen* τὸ שֶׁבַע *pro* numero indefinito *ponitur*, *ut* Proverb. 24. verſ. 16. *Unde Kimchi in* Iſa. cap. 4. *inquit*: Mos eſt Scripturæ, ſeptenarium numerum pro multis uſurpare; propterea quod omnes dies ſeculi in ſeptimanas diſtribuantur. *Occurrit & forma Chaldaica*, *ita ſcil.* שְׁבַע ſeptem, Geneſ. 5. vv. 26. 31., Numer. 4. v. 36., *&c. Cum præfix.* שְׁנַת־הַשֶּׁבַע annus ſeptimus, Deuter. 15. v. 9., בְּשֶׁבַע per ſeptem, Geneſ. 41. vv. 34. 47., וּבְשֶׁבַע & in ſeptem, *ſive* in ſeptima (*tribulatione*), Job. 5. v. 19., לְשֶׁבַע pro ſeptem, Gen. 41. verſ. 36.

verſ. 36. *Plural.* שִׁבְעִים ſeptuaginta, Geneſ. 5. verſ. 12. *Item* ſeptuagies, *ut* שִׁבְעִים וְשִׁבְעָה ſeptuagies ſepties, Geneſ. 4. verſ. 24. *Cum præfix.* וְהַשִּׁבְעִים & ſeptuaginta, Numer. 3. verſ. 46., בְּשִׁבְעִים in ſeptuaginta, Deuter. 10. verſ. 22.

שִׁבְעָה *fœm.* Septem, Geneſ. 7. v. 4., Exod. 25. v. 37. *Item* ſeptimus, ſeptima: *Et geminatum* שִׁבְעָה שִׁבְעָה ſeptem ſeptem, *id eſt diſtributive*, ſeptena, Gen. 7. v. 2. *Et per Synecdochen* שִׁבְעָה ſeptem *ponitur pro multitudine indefinita, ſive pro multo, & frequentiori, ut* יָלְדָה שִׁבְעָה genuit plurimos, 1. Sam. 2. v. 5., וְשִׁבְעָה עִדָּנִין & ſeptem tempora, Dan. 4. v. 13. *Semel* שִׁבְעָנָה ſeptem, Job. 42. v. 13., *ubi* Nun *epentheticum, ſive* Nun *augmentativum, &* ה *paragog., q. d.* omnino ſeptem, uſque adeo ſeptem: *Cum præfix.* יֹלֶדֶת הַשִּׁבְעָה quæ peperit ſeptem, *i. e., ut quidam exponunt*, multos, Jerem. 15. v. 9., בְּשִׁבְעָה ſeptimo, Geneſ. 7. v. 11., 8. vv. 4. 14., 2. Reg. 25. v. 8., Ezech. 45. v. 20., וּבְשִׁבְעָה & per ſeptem, Deuter. 28. vv. 7. 25., לְשִׁבְעָה in ſeptem, Joſ. 18. vv. 5. 9., מִשִּׁבְעָה præ ſeptem, Proverb. 26. verſ. 16., מִשִּׁבְעָה בָּנִים præ ſeptem filiis, Ruth. 4. v. 15. *Conſtr.* שִׁבְעַת ſeptem, Geneſ. 8. vv. 10. 12., וְשִׁבְעַת יֹעֲטֹהִי & ſeptem conſiliarii ejus, Eſdr. 7. verſ. 14., לְשִׁבְעַת ad ſeptem, Geneſ. 7. verſ. 10. *Duale* שִׁבְעָתַיִם, *quod tamen, non duplum ſingularis, id eſt* quatuordecim, *ſed ejuſdem ſingularis repetitas vices exprimit, videl.* ſeptuplum, ſepties, Geneſ. 4. vv. 15. 24., Pſalm. 12. v. 7., 78. v. 19., Proverb. 6. v. 31. *Sed* 2. Sam. 21. v. 9., שִׁבְעָתִים *non eſt Duale, ut notarunt etiam Maſſorethæ; nam* Jod *redundat; atque legendum* שִׁבְעָתָם ſeptem illi.

שְׁבִיעִי *m.* Septimus: *Occurrit cum præfix.* הַשְּׁבִיעִי, Geneſ. 2. verſ. 2., *& abſque* Jod *in medio* הַשְּׁבִעִי, Exod. 12. v. 15., ſeptimus: וּבַשְּׁבִיעִי & in ſeptimo, Zachar. 7. v. 5. *Fœm.* הַשְּׁבִיעִית, Joſ. 6. verſ. 16., *& abſque* Jod *in penultima*, הַשְּׁבִיעִת, Levit. 23. v. 16., ſeptima: בַּשְּׁבִעִית, 1. Reg. 18. v. 44., *& abſque utroque* Jod, בַּשְּׁבִעִת, Exod. 21. verſ. 2., in ſeptima, *ſive* ſeptimo.

שָׁבוּעַ *m.* Hebdomada, ſeptimana, *q. d.* ſeptata, *id eſt*, *inquit*

quit Joa. Simon, in ſeptem dies diviſa, *ſive* ſeptem diebus *conſtans*. *Duplicis autem generis* hebdomades *erant Hebræis*, *nempe* hebdomades dierum, *quæ* ſeptem diebus *conſtabant*, *ut* Levit. 23. vv. 15. 16., *&* hebdomades annorum, *quæ* ſeptem annos *complectebantur*, *ut infertur ex* cap. 25. Levit. verſ. 8. *Ibi enim legitur* : וְסָפַרְתָּ לְךָ שֶׁבַע שַׁבְּתֹת שָׁנִים & numerabis tibi ſeptem ſabbata, *id eſt* hebdomades annorum: *Sed & id conſtat aperte ex* Danielis cap. 9. verſ. 24. *Nonnulli*, *præter* Hebdomades dierum, *&* annorum, *commenti ſunt &* hebdomades jubilæorum, *ſive* quinquaginta annorum; *&* hebdomades centenariorum: *Sed de his in Sacra Scriptura ne vel leve quidem veſtigium occurrit* : שָׁבוּעַ אֶחָד hebdomada una, Dan. 9. verſ. 27., *& cum præfix.* וַחֲצִי הַשָּׁבוּעַ & *in* dimidio hebdomadis, Dan. 9. v. 27. *Conſtr.* מַלֵּא שְׁבֻעַ זֹאת, Gen. 29. v. 27., imple hebdomadam ejus: *Duale* שְׁבֻעַיִם, Levit. 12. v. 5., hebdomades duæ: *Plur.* שָׁבֻעִים שִׁבְעִים, Dan. 9. v. 24., hebdomades ſeptuaginta: שָׁבֻעִים שִׁבְעָה וְשָׁבֻעִים שִׁשִּׁים וּשְׁנַיִם, Dan. 9. verſ. 25., hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ; *quibus in locis fit ſermo de* hebdomadibus annorum, *quemadmodum Religionis Chriſtianæ Vindices plane demonſtrant* : שְׁלֹשָׁה שָׁבֻעִים יָמִים, *&* שְׁלֹשֶׁת, Dan. 10. vv. 2. 3., trium hebdomadarum dies: וְאַחֲרֵי הַשָּׁבֻעִים שִׁשִּׁים וּשְׁנַיִם, Dan. 9. v. 26., & poſt hebdamades (*annorum*) ſexaginta & duas: *Conſtr.* שְׁבֻעֵי *vide ſupra in* שָׁבוּעַ juramentum, *&c.*

שְׁבוּעָה *f.* Hebdomada: *In ſingulari inuſit. Nam* שְׁבוּעָה, *ſcil. cum* Sceva *loco* Kametz *ſub litera* Scin, *ſignificans* juramentum, *&c. vide ſupra pag.* 1524. *Plural.* שָׁבֻעוֹת hebdomades: *Sed* שְׁבֻעוֹת juramenta *vide ſupra* שְׁבוּעָה *pag.* 1525.: שִׁבְעָה שָׁבֻעוֹת, *&* שִׁבְעָה שָׁבֻעֹת ſeptem hebdomades, *dierum ſcil.*, Deut. 16. v. 9., וְחַג שָׁבֻעֹת, Exod. 34. v. 22., feſtum hebdomadarum; *quod à Græcis* Pentecoſtes *appellatur*, *quòd poſt* quadraginta novem dies, *i. e.* ſepties ſeptem dies, *qui ſequitur* quinquageſimus, feſtus ſit. *Sed* חַג שָׁבֻעוֹת יָמִים, Ezech. 45. v. 21., feſtum hebdomadum dierum, *eſt* feſtum ſeptem dierum *quotannis*. *Nam*, *ut notat Robertſon*, *hoc loco* שָׁבֻעוֹת יָמִים hebdomadæ dierum *eſt ſicut* ſolemnitas שִׁבְעַת יָמִים

יָמִים ſeptem dierum, *ita ſcil.*, *ut*, *licet plurale ſit*, *pro ſingulari tamen habeatur*, *h. e. pro* ſemel ſeptem *tantum*; *quia non eſt* ſolemnitas azymorum, *niſi* ſeptem dierum. *Cum præfix.* וּבְחַג הַשָּׁבֻעוֹת & in feſto hebdomadarum, *h. e.* in feſto Pentecoſtes, Deuter. 16. v. 16., 2. Paral. 8. verſ. 13. *Cum affix.* בְּשָׁבֻעֹתֵיכֶם, Numer. 28. verſ. 26., in hebdomadibus veſtris, *id eſt* expletis ſeptem hebdomadibus, *quas numerare debetis*.

שָׂבַע Satiatus, ſaturatus eſt, ſatur fuit, *vel* factus eſt: *Præterit.* וְשָׂבָע & ſaturabitur, Deuter. 31. verſ. 20. *Fœm.* שָׂבְעָה ſaturata eſt, *& juxta Vulg.* repleta eſt, Pſal. 88. v. 4., 123. v. 4., וְשָׂבְעָה & ſaturabitur, Jerem. 46. verſ. 10., שָׂבַעְתָּ קָלוֹן מִכָּבוֹד ſaturatus es, *& juxta Vulg.* repletus es ignominia pro gloria: *Et in pauſa* וְשָׂבָעְתָּ & ſaturatus fueris, Deuter. 6. v. 11., *fœm. in pauſa* שָׂבָעַתְּ ſaturata, ſatiata fuiſti, Ezech. 16. v. 28., שָׂבַעְתִּי ſaturatus ſum, Iſa. 1. v. 11., וְשָׂבַעְתִּי & ſatiabor, *ſive* replebor, Job. 7. v. 4. *Plural.* שָׂבְעוּ, Hoſe. 13. v. 6., *& in pauſa* שָׂבֵעוּ, Iſa. 9. verſ. 19., ſaturati ſunt: וְשָׂבֵעוּ & ſaturabuntur, Deuter. 14. v. 29., וּשְׂבַעְתֶּם & ſaturemini, *ſive* repleamini, Iſa. 66. verſ. 11., שָׂבַעְנוּ ſaturati, repleti ſumus, Pſalm. 123. v. 3. *Infin.* וְשָׂבוֹעַ ſaturando, ſatiando ſe, 2. Paral. 31. v. 10., לִשְׂבֹּעַ ad ſaturandum, *& juxta Vulg.* in ſaturitate, Exod. 16. verſ. 8. *Imperat.* שְׂבַע־לָחֶם ſatiare, ſatia te pane, Prov. 20. v. 13. *Futur.* פֶּן אֶשְׂבַּע ne forte ſatur fiam, Prov. 30. v. 8., *& cum* ה *paragog.* אֶשְׂבְּעָה ſatiabor, Pſalm. 17. v. 15., תִשְׂבַּע ſaturaberis, Mich. 6. v. 14., *& cum affix.*, *atque* Nun *epenthet.* פֶּן־תִּשְׂבָּעֶנּוּ ne forte ſatieris illo, Prov. 25. v. 16., יִשְׂבַּע, Prover. 12. v. 11., *& in pauſa* יִשְׂבָּע, Prover. 18. verſ. 20., ſaturabitur, ſatiabitur: וְיִשְׂבָּע & ſaturatus eſt, Iſa. 44. verſ. 16., *& cum affix.* פֶּן־יִשְׂבָּעֲךָ, Proverb. 25. verſ. 17., ne forte ſatietur tui: תִּשְׂבַּע *fœmin.* ſaturatur, ſaturabitur, Pſalm. 63. verſ. 6., וַתִּשְׂבַּע & ſaturata eſt, Ruth. 2. verſ. 14. *Plur. in pauſa* נִשְׂבָּע ſaturabimur, Job. 31. v. 31., וַנִּשְׂבַּע & ſaturati ſumus, Jerem. 44. v. 17., *& cum* ה *paragog.* נִשְׂבְּעָה ſaturabimur, Pſalm. 65. v 5., תִּשְׂבְּעוּ, Exod. 16. verſ. 12., *& in pauſa* תִּשְׂבָּעוּ, Levit. 26.

26. v. 26., ſaturabimini : יִשְׂבָּעוּ, Pſalm. 17. v. 14., & *in pauſa* יִשְׂבָּעוּ, Pſalm. 37. v. 19., & *cum* Nun *paragog.* יִשְׂבְּעוּן, Pſalm. 104. verſ. 28., ſaturabuntur, ſatiantur : וַיִּשְׂבְּעוּ, Pſal. 78. v. 29., & *in pauſa* וַיִּשְׂבָּעוּ, Hoſe. 13. verſ. 6., & ſaturati fuerunt : *Fœmin.* תִּשְׂבַּעְנָה ſatiantur, ſatiabuntur, Proverb. 27. verſ. 20. *Pih. Imper. cum affix.* שַׂבְּעֵנוּ ſatura nos, Pſalm. 90. v. 14. *Futur. plur. in pauſa*, נַפְשָׁם לֹא יְשַׂבֵּעוּ animam ſuam non ſaturabunt, Ezech. 7. v. 19. *Hiph. Præter.* הִשְׂבִּיעַ נֶפֶשׁ שֹׁקֵקָה ſatiavit animam appetentem, *ſive* avidam, & *juxta Vulg.* inanem, Pſalm. 107. verſ. 9., וְהִשְׂבִּיעַ & ſatiabit, Iſa. 58. verſ. 11., & *cum affix.* הִשְׂבִּיעַנִי ſatiavit, *ſive* replevit me, Thren. 3. verſ. 15., הִשְׂבַּעַתְּ ſatiaſti, Ezech. 27. v. 33., וְהִשְׂבַּעְתִּי מִמֵּךְ & ſaturabo de te, Ezech. 32. v. 4. *Partic.* וּמַשְׂבִּיעַ לְכָל־חַי, Pſalm. 145. v. 16., & ſatians, ſaturans omne vivens : *Et cum præfix.* הַמַּשְׂבִּיעַ, Pſalm. 103. v. 5., ſatians : *Infin. cum præfix.* לְהַשְׂבִּיעַ ad ſatiandum, ut ſatiaret, *ſive*, *juxta Vulg.*, ut impleret, Job. 38. verſ. 27. *Futur.* אַשְׂבִּיעַ ſaturabo, Pſalm. 132. verſ. 15., וָאַשְׂבִּעַ & ſaturavi, Jerem. 5. v. 7., & *cum affix.* אַשְׂבִּיעֶךָ ſatiabo te, Pſalm. 81. v. 17., אַשְׂבִּיעֵהוּ ſaturabo illum, Pſalm. 91. verſ. 16., תַּשְׂבִּיעַ ſaturabis, Iſa. 58. v. 10. *Cum affix.* יַשְׂבִּעַנִי ſaturabit, ſatiabit me, Job. 9. verſ. 18., יַשְׂבִּיעֵךְ ſaturabit te, Pſalm. 147. v. 14., יַשְׂבִּיעֵם ſaturabat illos, Pſalm. 105. v. 40.

שָׂבֵעַ *m.* Satur : וְשָׂבֵעַ & ſatur, *ſive* plenus, *ſcil. dierum*, *ut plene occurrit ibidem* cap. 35. verſ. 29., *ſed in ſenſu conſtruct.*, *ita* וּשְׂבַע יָמִים & ſatur, *ſive* & plenus dierum : *Plur.* שְׂבֵעִים ſaturi, 1. Sam. 2. verſ. 5. *Fœm.* נֶפֶשׁ שְׂבֵעָה תָּבוּס נֹפֶת anima ſatura calcat favum, Prover. 27. v. 7.

שָׂבָע *maſc.* Saturitas, Geneſ. 41. v. 29., Prov. 3. v. 10.; & *cum præfix.* הַשָּׂבָע ſaturitas, ſatietas, *quæ eſt* ſaturationis *effectus*, Geneſ. 41. vv. 31. 34. 47. 53., Eccleſ. 5. verſ. 11. *Vide*, *quod ſtatim ſequitur*.

שֹׂבַע *m.* Saturitas, ſatietas : שֹׂבַע שְׂמָחוֹת אֶת־פָּנֶיךָ ſaturitas lætitiarum *eſt* cum vultu tuo, Pſalm. 16. verſ. 11. *Cum præfix.* לָשֹׂבַע, Exod. 16. v. 3., & לְשֹׂבַע, Proverb. 13. verſ. 25., ad ſaturitatem : *Et cum affix.* אֵת אֲשֶׁר־הוֹתִרָה מִשָּׂבְעָהּ,

מִשָּׂבְעָהּ, Ruth. 2. v. 18., (& dedit ei), quod reliquum fecerat, *vel* reliquerat de ſaturitate ſua: שָׂבְעֶךָ *ad* ſaturitatem tuam, Deut. 23. v. 25.

שָׂבְעָה *fœm.* Saturitas, ſatietas, Iſa. 56. v. 11. *Cum præfix.* לְשָׂבְעָה ad ſaturitatem, Iſa. 23. v. 18. *Sed* מִשָּׂבְעָה *vide ſupra in* שֹׂבַע: *Cum affix.* מִבִּלְתִּי שָׂבְעָתֵךְ eò quod non eſſet ſatietas tibi, Ezech. 16. v. 28.

שִׂבְעָה *fœm.* Saturitas, ſatietas: *Conſtr.* שִׂבְעַת־לֶחֶם ſaturitas panis, Ezech. 16. v. 49.

שָׁבַץ Miſcuit, confudit: *Hinc* alterum alteri interſeruit, *ſive* incluſit, intertexuit, *vulgò* ocellatum, *ſive* teſſellatum fecit: *Hactenus Jo. Simon. Pih.* שִׁבֵּץ teſſellatum, ocellatum, intertextum opus fecit: *Præter.* וְשִׁבַּצְתָּ & teſſellatam facies, Exod. 28. verſ. 39., *ubi Vulg.*, *& alii habent*, ſtringeſque: תַּשְׁבֵּץ *vide infra inter nomina*: *Pybel Partic. plur.* מְשֻׁבָּצִים זָהָב intexti, impacti auro *erant*, *id eſt*, fundis aureis inſiti, Exod. 28. v. 20.

שָׁבָץ *m.* Ocellata chlamys, *juxta Buxtorfium*: *Aliis eſt* perturbatio, confuſio animi, horror, anguſtia: *Occurrit cum præfix.* הַשָּׁבָץ, 2. Sam. 1. v. 9.

מִשְׁבְּצָה *f.* Ocellatio: pala, funda, *qua gemmæ* interſeruntur, *ſive* includuntur: *Vulg.*, *& quibuſdam aliis eſt etiam* uncinus: *Plur.* מִשְׁבְּצוֹת זָהָב fundis aureis, Exod. 28. v. 11. *Et cum præfix.* עַל־הַמִּשְׁבְּצֹת ſuper fundas, *ſive* palas; *Vulgato ſunt* uncini, Exod. 28. verſ. 14., עַל־שְׁתֵּי הַמִּשְׁבְּצוֹת ſuper duas palas, *ſive* in duabus palis, *vel* in duobus uncinis, Exod. 28. v. 25., מִמִּשְׁבְּצוֹת זָהָב לְבוּשָׁהּ, Pſal. 45. verſ. 14., & ocellationibus auri veſtis ejus, *ita Buxtorfius*: *Pagninus autem reddit*, ex veſtibus auro ocellatis indumentum ejus, *per metonymiam ſcil. continentis*, palarum *nempe*, *pro contento*, *videl. gemmis*, *& lapidibus*, *qui in iis includuntur*: *LXX.*, *& Vulgat. hoc in loco τὸ* מִשְׁבְּצוֹת *ſunt* fimbriæ.

תַּשְׁבֵּץ *m.* Teſſella, ocellatio, *q. d.*, *ut notat Joa. Simon*, mixtio unius cum altero: וּכְתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ, Exod. 28. v. 4., & tunica ocellationis, *i. e.* teſſellata, *vel* ocellata; *Vulg. reddit* & lineam ſtrictam.

Digitized by Google

שְׁבַק *Chald.* Sivit, reliquit, dimiſit, remiſit. *Infin.* לְמִשְׁבַּק ad relinquendum, Dan. 4. v. 23. *Imperat. plur.* שְׁבֻקוּ ſinite, relinquite, dimittite, Dan. 4. vv. 12. 20., Eſdr. 6. v. 7. *Ithpeh. Futur.* תִּשְׁתְּבִק relinquetur, & *juxta Vulg.* tradetur, Dan. 2. v. 44.

שָׁבַר Fregit, confregit, diffregit, effregit, perfregit, contrivit: *Metaphorice autem, inquit Joa. Simon, eſt*: I. Deſtruxit, perdidit: II. Contriſtavit, dolore affecit, afflixit, *maxime cum* רוּחַ, & לֵב, *latine* animum fregit, *græce* ἐμοὶ κατεκλάσθη ἦτορ: III. Vi ſua privavit, *ut græce* θραύω, & *latine* frango, enervando *ſcilicet*, domando, compeſcendo, & ſedando: IV. Vendidit: emit, comparavit annonam; *quæ quidem ſignificatio petita eſt à nomine* שֶׁבֶר annona; *diverſo tamen reſpectu. Alios ſenſus vide infra in radice* שָׂבַר, *cum puncto ſcilicet ſupra,* ש *à latere ſiniſtro*: *Præter.* וְלֹא שָׁבַר אֶת־הַחֲמוֹר, 1. Reg. 13. v. 28., & non diffregit, *ſive, juxta Vulgat.*, nec læſit aſinum; שָׁבַר יְהוָֹה מַטֵּה, Iſa. 14. v. 5., fregit, *ſive* contrivit Dominus virgam; *in pauſa* שָׁבָר, Pſal. 105. v. 16., fregit, contrivit: *Cum affix.* שְׁבָרֵךְ fregit te, Ezech. 27. verſ. 26., וּשְׁבָרָהּ & franget, *ſive* comminuet eam, Iſa. 30. verſ. 14. *Fœm.* חֶרְפָּה שָׁבְרָה לִבִּי, Pſalm. 69. v. 21., probrum contrivit, *ſive* contriſtavit cor meum; *Vulg. vertit*, improperium expectavit cor meum: שָׁבַרְתְּ fregiſti, contriviſti, Jerem. 28. verſ. 13., וְשָׁבַרְתָּ & franges, *ſive* conteres, Jerem. 19. verſ. 10., שָׁבַרְתִּי fregi, confregi, Jerem. 2. v. 20., *LXX. tamen,* & *Vulg. acceperunt in 2. perſ. fœm. cum* Jod *paragog., verterunt enim*, confregiſti: וְשָׁבַרְתִּי & confringam, *ſive* conteram, Levit. 26. v. 19. *Plur.* שָׁבְרוּ confregerunt, Iſa. 5. v. 5. *Partic.* שֹׁבֵר confringens, Pſalm. 29. v. 5., Jerem. 49. v. 35. *Sed plur.* שֹׁבְרִים ementes, Geneſ. 47. verſ. 14. *Pahul* שָׁבוּר fractus, fractum, Levit. 22. v. 22. *Plur. conſtr. cum præfix.* לִשְׁבוּרֵי לֵב (qui ſanat) fractos, *ſive* contritos corde, Pſalm. 147. v. 3. *Infin.* אַחֲרֵי שְׁבוֹר, Jerem. 28. v. 12., poſt confringere, *id eſt* poſtquam confregit: *Et cum præfix.* לִשְׁבֹּר ad effringendum, *ſive* ut effringerent, Geneſ. 19. verſ. 9., ut conteram, Iſa. 14. verſ. 25., ut contereret, Thren. 1. verſ. 15. *Sed* לִשְׁבֹּר אֶל־יוֹסֵף,

אֶל־יוֹסֵף, Geneſ. 41. v. 57., ut emerent à Joſepho; *quo in loco, inquit Buxtorfius,* אֶל *eſt pro* מִן, *aut eſt tranſpoſitio verborum, ſcil. pro* venerunt ad Joſephum, ut emerent: *hoc eodem ſenſu, ſcilicet* ad emendum, ut emerent *accipiendum* Geneſ. 42. vv. 3. 5. *Item* לִשְׁבָּר־אֹכֶל, Geneſ. 42. vv. 7. 10., 43. vv. 20. 22., ad emendum, *ſive* ut emamus, emeremus cibum, *ſive* commeatum, eſcam: *Et cum affix.* בְּשִׁבְרִי לָכֶם מַטֵּה־לֶחֶם, Levit. 26. v. 26., poſtquam confregero vobis baculum panis: בְּשִׁבְרִי־שָׁם אֶת־מֹטוֹת, Ezech. 30. verſ. 18., cum confregero, contrivero ibi baculos, ſceptra: *Imper.* שְׁבֹר frange, contere, Pſal. 10. verſ. 15., *& cum affix.* שָׁבְרֵם frange, confringe eos, Jerem. 17. v. 18. *Plur.* שִׁבְרוּ emite, comparate, Geneſ. 42. v. 2., 43. v. 2., Iſa. 55. v. 1. *Futur.* אֶשְׁבֹּר confringam, conteram, Jerem. 19. v. 11., וָאֶשְׁבֹּר & confregi, fregi, Levit. 26. v. 13. *Sed* וָאֶשְׁבֹּר עָלָיו חֻקִּי, Job. 38. verſ. 10., *quidam apud Matth. Polum ita exponunt*, & ſtatui illi ſtatutum, præceptum meum, *id eſt pepigi cum illo pactum*, *&* ſtatui: *Ut enim* כָּרַת excidit fœdus pangendum; *ita &* שָׁבַר fregit, *pari analogia*, conſtituendum decretum *ſignificat*: *Alii vero reddunt*, confregi illud (*mare*) decreto meo, *h. e.* confregi *impetum ejus*, *nè terminum tranſiliat*: *Vulgat. habet*, circumdedi illud terminis meis, *i. e.* terminis *à me ſtatutis*, *atque fixis*: יִשְׁבּוֹר confringet, conteret, Iſa. 42. verſ. 3., וַיִּשְׁבֹּר & vendidit, Gen. 41. v. 56. *Sed cum affix.* וַיִּשְׁבְּרֵהוּ & confregit eum, 1. Reg. 13. v. 26., Jerem. 28. v. 10., תִּשְׁבָּר־גָּרֶם confringet duritiam, Prov. 25. v. 15. *Plur. cum* ה *paragog.* וְנִשְׁבְּרָה & comparabimus, ememus, Geneſ. 43. verſ. 4. *Sed* נִשְׁבְּרָה, *&* נִשְׁבָּרָה *vide infra in Niphal*: תִשְׁבְּרוּ, Exod. 12. v. 46., *& in pauſa* תִשְׁבֹּרוּ, Levit. 11. v. 33., frangetis, confringetis: *Item* emetis, comparabitis, Deut. 2. verſ. 6., יִשְׁבְּרוּ frangent, confringent, Num. 9. v. 12., יִשְׁבְּרוּ פְרָאִים צְמָאָם, Pſalm. 104. v. 11., frangunt onagri ſitim ſuam, *ita Pagninus*, *& alii*: *At Vulg. legit* יִשְׂבְּרוּ, *i. e.*, *cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro*; *nam vertit*, exſpectabunt onagri in ſiti ſua: וַיִּשְׁבְּרוּ & fregerunt, confregerunt, Jud. 7. v. 20., *& cum affix.* יְשַׁבְּרוּהוּ frangent,

conte-

conterent eum, Dan. 11. v. 26. *Niph. Præter.* כִּי נִשְׁבַּר שֵׁבֶט quod confracta fuerit virga, Iſa. 14. v. 29., *&* *in pauſa* נִשְׁבָּר fractus, contritus eſt, Pſalm. 104. verſ. 11. *Fæm.* נִשְׁבְּרָה, Iſa. 24. v. 10., *&* *in pauſa* נִשְׁבָּרָה, Pſalm. 34. v. 21., fractum, confractum, attritum fuit: *Aliud vide ſupra in Kal*: נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־לִבָּם, Ezech. 6. verſ. 9., fractus ſum ab animo ipſorum; *ibi enim* אֶת *eſt loco* מִן, *ut ſcribit Kimchi*: *Hactenus Buxtorfius*: *At Joa. Simon cum aliis arbitratur*, τὸ נִשְׁבַּר *laudato in loco fuiſſe in ſenſu* reciproco, *atque* mutuo *uſurpatum*, *ſicut alias in Hithpah. ita ſcil. ut latine ſonet*, alter alterum fregit, *&* contrivit: *Unde* נִשְׁבַּרְתִּי mutuo contritus, *&* contrivi: *Sed &* *Vulgat. ibidem vertit*, contrivi cor eorum: *Plural.* נִשְׁבְּרוּ fracti, contriti ſunt, 2. Paral. 14. v. 12., Jerem. 22. verſ. 20., 51. v. 30., *eum* ה *paragog.* נִשְׁבְּרָה אֳנִיּוֹת 1. Reg. 22. v. 49., fractæ, confractæ ſunt naves: *Maſſora ibidem monet legendum*, נִשְׁבְּרוּ; *Aliis videtur legendum* נִשְׁבְּרָה *in ſingulari*, *ut ſenſus ſit* diſtributivus, *videl.* confracta eſt quælibet navium: וְנִשְׁבְּרוּ, Ezech. 6. vv. 4. 6., *in pauſa* וְנִשְׁבָּרוּ, Iſa. 8. v. 15., & conterentur, confringentur: *Partic.* נִשְׁבָּר contritum, Pſam. 51. v. 19. *Plural.* נִשְׁבָּרִים fracti, confracti, Jerem. 2. v. 13. *Conſtr.* לְנִשְׁבְּרֵי־לֵב fractis, *id eſt* afflictis, contritis corde, Pſalm. 34. v. 19., Iſa. 61. v. 1. *Fæm.* רוּחַ נִשְׁבָּרָה ſpiritus afflictus, contribulatus, Pſal. 51. v. 19., *& alia forma*, נִשְׁבֶּרֶת, Ezech. 27. v. 34., הַנִּשְׁבֶּרֶת, Ezech. 30. verſ. 22., *&* הַנִּשְׁבָּרֶת, Dan. 8. verſ. 22., Zach. 11. v. 16., fracta, contrita, fractum, contritum: *Et cum præfix.* וְלַנִּשְׁבֶּרֶת, Ezech. 34. vv. 4. 16., confractum: *Infin. cum præfix.* לְהִשָּׁבֵר frangi, conteri, Jon. 1. v. 4. *Futur.* תִּשָּׁבֵר, Ezech. 29. v. 7., *&* תִּשָּׁבֵר, Ezech. 32. verſ. 28., frangeris, contereris: יִשָּׁבֵר frangetur, confringetur, Levit. 6. v. 21. וַיִּשָּׁבֵר & contritus eſt, Jerem. 50. v. 23. *Et fæm.* תִּשָּׁבֵר, Job. 31. verſ. 22., *&* תִּשָּׁבֵר, Eccleſ. 12. verſ. 6., confringetur, confringatur, conteratur; וַתִּשָּׁבֵר & fracta fuit, 1. Sam. 4. verſ. 18. *Plur.* וְיִשָּׁבֵרוּ & confringentur, conterentur, Dan. 11. verſ. 22., וַיִּשָּׁבְרוּ & confractæ, contritæ ſunt (naves), 2. Paral. 20. v. 37. *Fæm.* תִּשָּׁבַרְנָה confringentur,

tur, conterentur, Pſalm. 37. vv. 15. 17., וַתִּשָּׁבַרְנָה & fracti ſunt, ſive, juxta Vulg., & confringentur, Ezech. 31. v. 12. Pih. præter. שִׁבֵּר, Exod. 9. v. 25., & שִׁבַּר, Pſalm. 76. verſ. 4.. confregit: שִׁבַּרְתָּ fregiſti, Exod. 34. verſ. 1. Plur. שִׁבְּרוּ, 2. Reg. 11. verſ. 18., & in pauſa שִׁבֵּרוּ, 2. Paral. 23. v. 17., confregerunt, contriverunt: וְשִׁבַּרְתֶּם & confringetis, Deuter. 12. v. 3. Partic. וּמְשַׁבֵּר & confringens, conterens, 1. Reg. 19. v. 11. Sed מַשְׁבֵּר, & מִשְׁבָּר vide infra ſuis in locis: Plur. מִשְׁבָּרִים vide infra in שֶׁבֶר: Infinit. וְשַׁבֵּר & confringendo, Exod. 23. v. 24. Futur. אֲשַׁבֵּר frangam, conteram, Iſa. 45. v. 2., & cum ה paragog. וָאֲשַׁבְּרָה & confregi, contrivi, ſive conterebam, Job. 29. verſ. 17., & cum affix. וָאֲשַׁבְּרֵם & confregi eas tabulas, Deuter. 9. v. 17., תְּשַׁבֵּר confringes, Exod. 23. verſ. 24., יְשַׁבֵּר confringet, conteret, Pſalm. 46. v. 10., וַיְשַׁבֵּר & confregit, Exod. 32. verſ. 19. Plural. תְּשַׁבֵּרוּ, Deuter. 7. verſ. 5., & cum Nun paragog. תְּשַׁבֵּרוּן, Exod. 34. v. 13., confringetis: וַיְשַׁבְּרוּ & confregerunt, 2. Paralip. 31. v. 1. Hiph. הִשְׁבִּיר vendidit, annonam ſcilicet, q. d. emere ſivit: Item frangere, vel frangi fecit: Partic. לְרֹאשׁ מַשְׁבִּיר ſuper caput vendentis, Prov. 11. verſ. 26., & cum præfix. הַמַּשְׁבִּיר vendens, Geneſ. 42. v. 6. Futur. הַאֲנִי אַשְׁבִּיר וְלֹא אוֹלִיד, Iſa. 66. v. 9., an ego effringerem matricem, id eſt ad partum aperirem, & non gignam, ſignificatio à nomine petita eſt, quòd os matricis ſignificat, ita Buxtorfius: Alii habent, an ego frangere, i. e. erumpere faciam, & non gignam? Vulg. vertit, nunquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam? Sed cum affix. אֹכֶל בַּכֶּסֶף תַּשְׁבִּרֵנִי. Deuter. 2. v. 28., ubi affixum, ut notat Buxtorfius, eſt pro pronomine ſeparato, ſcil. pro תַּשְׁבִּיר לִי, cibum pro argento vendes mihi; Vulg. vertit, alimenta pretio vende nobis: Plur. נַשְׁבִּיר, Amoſ. 8. v. 6., & cum ה paragog. נַשְׁבִּרָה, Amoſ. 8. verſ. 5., vendemus. Hoph. Præterit. עַל־שֶׁבֶר בַּת־עַמִּי הָשְׁבַּרְתִּי ſuper contritione filiæ populi mei confractus, contritus ſum.

שֶׁבֶר, & שֵׁבֶר, שֶׁבֶר m. Eſt: I. Confractio, contritio, fractio, fractura, ut Levit. 21. v. 19., 24. v. 20., שֶׁבֶר בְּרוּחַ, Prover. 15. v. 14., confractio, contritio, ſive dolor, cru-

ciatus

Digitized by Google

ciatus ſpiritus: II. *Metaphorice* dolor, cruciatus, afflictio, calamitas, ærumna; *item* terror, deſtructio, perditio, excidium; *item* explicatio, enucleatio, *quaſi rei, aut quæſtionis difficilis* fractio, & ſolutio: III. Annona, frumentum, *quaſi* famis fractura, *ut* & aqua, *ſive* potus *dicitur* frangere ſitim, Pſalm. 104. verſ. 11., *juxta Buxtorfium*; *vel, ut notat Jo. Simon*, annona, frumentum *dicitur* שֶׁבֶר, *quia* mola frangitur; *ſicut Græce* ἄκται fruges *dicuntur ab* ἄγω frango, & molis frangere *pro* molere *dixit Plinius*; *hinc Græce* μυλόκλαστος mola fractus, *id eſt* molitus. *Occurrit autem poſteriori hoc in ſenſu*, annonæ *ſcil.*, frumenti, tritici, Geneſ. 42. vv. 1. 2. 19., Amoſ. 8. v. 5., Nehem. 10. v. 32. *Cum præfix.* הַשֶּׁבֶר, Geneſ. 43. v. 2., frumentum: *Sed* וְהַשֶּׁבֶר, Iſa. 51. verſ. 19., & וְהַשָּׁבֶר, Thren. 3. v. 47., & contritio: בְּשֶׁבֶר, Thren. 4. v. 10., in contritione; & בַּשֶּׁבֶר, Geneſ. 47. v. 14., pro tritico, frumento: כְּשֵׁבֶר ſicut contritio, Iſa. 30. verſ. 14. *Cum affix.* עַל־שִׁבְרִי ſuper contritione mea, Jerem. 10. v. 19., בְּשִׁבְרִי *vide ſupra in Infin. verbi* שָׁבַר: שִׁבְרְךָ, Ezech. 32. verſ. 9., & שִׁבְרֵךְ, Jerem. 30. v. 15., Thren. 2. v. 13., contritio tua; לְשִׁבְרֵךְ, Nahum 3. v. 19., & לְשִׁבְרֵךְ, Jerem. 30. v. 12., contritioni, fracturæ tuæ: שִׁבְרוֹ, Jud. 7. v. 15., explicatio, enucleatio ejus: כֶּסֶף שִׁבְרוֹ, Geneſ. 44. v. 2., pretium annonæ, *ſive* frumenti ejus: *Aliud vide infra ſub radice* שָׁבַר: שִׁבְרָהּ fractura, contritio ejus, Iſa. 30. vv. 13. 14., שִׁבְרָהּ *vide ſupra in Præterit. verbi* שָׁבַר: שִׁבְרָם frumenta ſua, Geneſ. 42. v. 26. *Plural. cum præfix.* הַשְּׁבָרִים *nom. prop.*, *quod vide infra*: מִשְּׁבָרִים, Job. 41. verſ. 17., propter confractiones, *id eſt* pericula, & calamitates: *Cum affix.* שְׁבָרֶיהָ contritiones ejus, Pſal. 60. verſ. 4.

שֶׁבֶר Scever, & *juxta Vulg.* Saber, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 2. v. 48.

שְׁבָרִים Scevarim, & *juxta Vulg.* Sabarim, *nom. propr. loci trans Jordanem in terra Amorrhæorum*, Jud. 7. v. 5.

שִׁבָּרוֹן *m.* Fractio, contritio; & *metaphorice* deſtructio, perditio, excidium: וּמִשְׁנֶה שִׁבָּרוֹן שָׁבְרֵם, Jerem. 17. verſ. 18., & duplici contritione contere eos: *Conſtr.* בְּשִׁבְרוֹן מָתְנַיִם

 cum

cum fractione, *ſive* in contritione, *vel ut quidam metaphor. exponunt*, in dolore ingenti lumborum.

מַשְׁבֵּר *maſc.* Matrix, *locus ſcil.*, *per quem fœtus* erumpit, *vel quem fœtus* frangit, *&* aperit, *dum naſcitur*: *Item* os matricis, *quod in partu* frangitur, *&* ſeparatur: *Chaldæus*, *& R. Salomon* ſellam parturientis *explicant*. *Dicitur* מַשְׁבֵּר, *ut habet Buxtorfius*, *à* frangentibus *doloribus*, *qui tum mulieri parienti*, *tum ipſi fœtui in articulo partus obveniunt*: עַד־מַשְׁבֵּר uſque ad matricem, *id eſt*, *ut habet Vulg.*, uſque ad partum, 2. Reg. 19. v. 3., Iſa. 37. v. 3. *Vide*, *quod ſequitur*.

מִשְׁבָּר *m. Eſt*: I. Matrix, *&c. ut ſupra in* מַשְׁבֵּר: *Conſtruct.* בְּמִשְׁבַּר בָּנִים, Hoſe. 13. v. 13., in matrice, *id eſt* in ore matricis filiorum, *juxta Buxtorfium*, *& alios quoſdam*: *Sunt non pauci*, *qui cum Vulg. reddunt*, in contritione filiorum: II. Fluctus, *dictus* מִשְׁבָּר, *quòd* fluctus *ſe mutuò*, *vel etiam naves* confringant. *Occurrit in plural. conſtruct.* מִשְׁבְּרֵי־מָוֶת, 2. Sam. 22. verſ. 5., (circumdederunt me) fluctus mortis, *q. d.* mors *tamquam pelagus confertim doloribus*, *velut* fluctibus, *mihi ingruit ad me abſorbendum*, *ita Buxtorfius*, *& alii exponunt*; *Multi tamen cum Vulg. vertunt*, contritiones mortis: מִשְׁבְּרֵי־יָם fluctus, *& juxta Vulg.* elationes maris, Pſalm. 93. v. 4. *Cum affix.* מִשְׁבָּרֶיךָ fluctus tui, Pſalm. 48. verſ. 8., *ubi Vulg. vertit* excelſa tua, *id eſt*, *ut exponit Genebrardus*, undæ tuæ, procellæ tuæ in ſublime undas attollentes: *Sed* Pſalm. 88., v. 8. *idem Vulg. reddit*, fluctus tuos; Jon. *vero* 2. v. 4. *habet*, gurgites tui:

שָׂבַר Spectavit, reſpexit *ad aliquid*: *Et id quidem vel* conſiderans, *&* explorans: *Unde* conſideravit, exploravit; *& tunc conſtruitur cum* ב: *vel* deſiderans, *&* exſpectans: *Unde* deſideravit, ſperavit, expectavit; *& tun conſtruitur cum præpoſit.* אֶל, *vel* ל. *Partic. in Kal* וָאֱהִי שֹׂבֵר בַּחוֹמֹת & eram conſiderans, explorans muros, Nehem. 2. vv. 13. 15. *Pih.* שִׂבֵּר exſpectavit, ſperavit: *Præter.* שִׂבַּרְתִּי לִישׁוּעָתְךָ exſpecto, exſpectabam ſalutem tuam, Pſalm. 119. verſ. 166. *Plural.* שִׂבְּרוּ exſpectarunt, ſperarunt, Eſth. 9. verſ. 1. *Futur. plur. fœm.* תְּשַׂבֵּרְנָה exſpectabitis, Ruth. 1.

v. 13.,

Digitized by Google

v. 13., יְשַׂבֵּרוּ exſpectabunt, Iſa. 38. v. 18., *& in pauſa* אֵלֶיךָ יְשַׂבֵּרוּ ad te ſpectant, *ſive* in te ſperant, Pſal. 145. v. 15., *& cum* Nun *paragog.* אֵלֶיךָ יְשַׂבֵּרוּן in te ſperant, ad te ſpectant, Pſalm. 104. v. 27.

שֶׂבֶר *maſc.* Exſpectatio, ſpes: *Cum affix.* מִשִּׂבְרִי ab exſpectatione mea, Pſal. 119. verſ. 116., שִׂבְרוֹ ſpes ejus, Pſal. 146. verſ. 5.

שְׁבַשׁ *Chald.* perplexus, attonitus redditur, obſtupuit, conturbatus eſt. *Ithpah. partic. plur.* מִשְׁתַּבְּשִׁין attoniti, confuſi, perturbati, perplexi, Dan. 5. v. 9.

שָׁבַת Ceſſavit, *ſive ab* opere, *&* labore: *Unde* quievit, feriatus eſt; *ſive ab* exiſtendo: *Unde* eſſe deſiit. *Præter.* כִּי בוֹ שָׁבַת nam in ipſo ceſſavit, *ſive* requievit, Geneſ. 2. v. 3., שָׁבַת מְשׂוֹשׂ לִבֵּנוּ eſſe deſiiit, defecit gaudium cordis noſtri, Thren. 5. v. 15., שָׁבַת נֹגֵשׂ, ceſſavit, *ſive* eſſe deſiiit exactor, Iſa. 14. v. 4. *Fœm.* שָׁבְתָה מַדְהֵבָה, Iſa. 14. v. 4., ceſſavit, *ſive* eſſe deſiit, periit aurea, *ſive* inaurata, auri plena, auri cupida (*Babylon*); *Vulgat. vertit*, quievit tributum: וְשָׁבְתָה & quieſcet, Levit. 25. verſ. 2. *Plural. in pauſa* שָׁבָתוּ ceſſarunt, eſſe deſierunt, defecerunt, Thren. 5. verſ. 14. *Futur.* תִּשְׁבּוֹת ceſſabis (*ab opere ſcil.*), Exod. 32. verſ. 12., יִשְׁבּוֹת מֵעִיר, Hoſe. 7. v. 4., quieſcet ab excitando, *ſive* definet excitare, *ita Recentiores reddunt; Sed & Græci multi, ut patet ex V. Edit., & Latini, ut confirmat Vulgat.* τὸ מֵעִיר *acceperunt, non ut Infinitivum verbi* עור *in Hiphil, quod Latine ſonat*, excitavit, *ſed tamquam nomen ab illo dimanans, videl.* עִיר civitas; *nam ſunt interpretati*, ceſſavit ad modicum, *ſive* quievit paullulum civitas: וַיִּשְׁבֹּת & quievit, Geneſ. 2. verſ. 2., וַיִּשְׁבֹּת & ceſſabit, Prov. 22. v. 10., תִּשְׁבַּת quieſcet, Levit. 26. v. 34. *Plur.* תִּשְׁבְּתוּ שַׁבַּתְּכֶם, Levit. 23. verſ. 32., quieſcetis ſabbato veſtro; *LXX.*, *habent* ſabbatizabitis, *& Vulg.* celebrabitis ſabbata veſtra: יִשְׁבְּתוּ, Jerem. 31. v. 36., *& in pauſa* יִשְׁבֹּתוּ, Gen. 8. verſ. 22., ceſſabunt, non erunt, quieſcent; וַיִּשְׁבְּתוּ & quieverunt, Exod. 16. v. 30. *Niph.* ceſſavit, defecit, periit: *Præter.* וְנִשְׁבַּת מִבְצָר & ceſſabit munitio, *ſive* adjutorium, Iſa. 17. verſ. 3., וְנִשְׁבַּת־בָּהּ & deficiet, *ſive* defecerit in ea,

Ezech. 30. v. 18. *Plural.* וְנִשְׁבְּתוּ גִּלּוּלֵיכֶם ceſſabunt idola veſtra, Ezech. 6. v. 6. *Hiph.* הִשְׁבִּית ceſſare fecit, *vel* ſivit, abolevit, ſuſtulit, amovit, removit, ſubmovit: *Præt.* לֹא הִשְׁבִּית לָךְ גֹּאֵל non ceſſare, deeſſe fecit tibi redemptorem, vindicem, Ruth. 4. v. 14., וְהִשְׁבִּית אֶת־הַכְּמָרִים, 2. Reg. 23. v. 5., & abolevit atratos ſacrificulos, *juxta Buxtorfium*; *Vulg. vertit*, & delevit aruſpices: הִשְׁבַּתָּ, *pro* הִשְׁבַּתְּתָּ, Pſal. 89. v. 45., 119. v. 119., ceſſare feciſti, aboleviſti, removiſti, deſtruxiſti: הִשְׁבַּתִּי ceſſare feci, abolevi, Iſa. 16. v. 10., וְהִשְׁבַּתִּי גְּאוֹן זֵדִים, Iſa. 13. v. 11., & faciam, ut ceſſet faſtus ſuperborum, *ſive*, *juxta Vulgat.*, & quieſcere faciam ſuperbiam infidelium: *Cum affixo* וְהִשְׁבַּתִּיךְ, & faciam ceſſare te, Ezech. 16. verſ. 41., וְהִשְׁבַּתִּים & ceſſare faciam eos, Ezech. 34. v. 10. *Plur.* וְהִשְׁבִּיתוּ & ceſſare facient, amovebunt, removebunt, & *juxta Vulgat.* avertent, Joſ. 22. verſ. 25., וְהִשְׁבַּתֶּם אֹתָם propterea ceſſare, feriari facietis eos, Exod. 5. verſ. 5., וְהִשְׁבַּתְנוּ & ceſſare faciemus, *ſive* faciamus: *Partic.* מַשְׁבִּית auferens, Pſalm. 46. v. 10., Jerem. 16. v. 9. *Infin. cum præfix.* לְהַשְׁבִּית, Pſalm. 8. verſ. 3., & לַשְׁבִּית, Amoſ. 8. verſ. 4., ad ceſſare faciendum, ad abolendum: *Imperat. plural.* הַשְׁבִּיתוּ ceſſare facite, removete, Iſa. 30. verſ. 11. *Futur. cum* ה *paragog.* אַשְׁבִּיתָה מֵאֱנוֹשׁ זִכְרָם ceſſare faciam ex hominibus memoriam eorum, Deuter. 32. verſ. 26., תַשְׁבִּית ceſſare ſinas, *ſive* auferes, Levit. 2. verſ. 13., יַשְׁבִּית ceſſare faciet, abolevit, ceſſare facit, Prover. 18. verſ. 18., Dan. 9. v. 27., וַיַּשְׁבֵּת & ceſſare fecit, abolevit, abſtulit, 2. Reg. 23. v. 11.

שֶׁבֶת *m.* Ceſſatio, quies: שֶׁבֶת מֵרִיב ceſſatio à lite, Prover. 20. verſ. 3. *Alia vide ſupra in* יָשַׁב *pag.* 503. *Cum affix.* שִׁבְתּוֹ יִתֵּן ceſſationem ejus *ab opere*, *id eſt operis jacturam*, *quam* ceſſando *fecit*, dabit. *Vide ut ſupra in* יָשַׁב.

שַׁבָּת *com. Eſt proprie* ceſſatio, quies, ab opere *ſcilicet*, & labore: *LXX.*, *Aquila*, *Symmac.*, *Theod.*, *aliique Græci vocem hebræam ſervantes verterunt σάββατον*, *id eſt* ſabbatum, *ut etiam habet Vulg. In ſacris autem literis τὸ* שַׁבָּת *eſt* ſabbatum, *vel* dierum, *ſive* ſeptimus hebdomadis dies, ceſſationi *ab operibus deſtinatus*; & *per ſynecdochen tota*-

domada, *à* ſeptimo die *appellata*; *vel* annorum, *ſive* ſeptimus annus: *Item* feſtum, ſolemnitas: וּבַיּוֹם הַשְּׁבִיעִי שַׁבָּת & in die ſeptimo quies, ceſſatio *ab opere*, Exod. 16. v. 26., וְיוֹם הַשְּׁבִיעִי שַׁבָּת לַיהֹוָה & die ſeptimo ſabbatum Domini, Exod. 20. v. 10., שַׁבַּת שַׁבָּת, 1. Paral. 9. v. 32., ſabbato, ſabbato, *h. e.* per ſingula ſabbata: שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן קֹדֶשׁ לַיהֹוָה, Exod. 31. verſ. 15., ſabbatum ſabbati, *ſive* ceſſatio ceſſationis, *h. e. ceſſatio ſtrictiſſima, & accuratiſſima*, ſancta Domino; *Vulgat. vertit*, ſabbatum, & requies Domini: וּסְפַרְתֶּם לָכֶם מִמָּחֳרַת הַשַּׁבָּת, Levit. 23. v. 15., & numerabitis vobis poſtridie ceſſationis, quietis, ſabbati, *ſive* ſeptimi diei: הַשְּׁלִשִׁית מִכֶּם בָּאֵי הַשַּׁבָּת, 2. Reg. 11. v. 5., tertia pars ex vobis *erit* eorum, qui intrant ſabbatum, *ſive* hebdomadem, *id eſt qui functuri ſunt officio proximo* ſabbato: *Per vices enim fungebantur ſuo officio per* hebdomadem: יֹצְאֵי הַשַּׁבָּת, 2. Reg. 11. verſ. 7., exeuntes ſabbati, *id eſt jam functi miniſterio* hebdomadario: וְאֶת־מֵיסַךְ הַשַּׁבָּת אֲשֶׁר־בָּנוּ בַבַּיִת, 2. Reg. 16. verſ. 18., & tectum, *ſive* tentorium ſabbati, *vel* pro ſabbato, quod ædificaverant in domo, *ſive* in templo; *Interpretes tamen in hujuſce loci expoſitione variant*: וּבַשָּׁנָה הַשְּׁבִיעִת שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן יִהְיֶה לָאָרֶץ שַׁבָּת לַיהֹוָה, Levit. 25. v. 4., & in anno ſeptimo ſabbatum ſabbati, *ſive* ceſſatio ceſſationis, *id eſt* maxima ceſſatio erit terræ, ſabbatum Domini, *id eſt in Dei cultum, atque honorem*; *ſenſus autem eſt annus ſeptimus erit ſabbaticus terræ, in ipſo ſcil. terra* quieſcet, *quemadmodum eodem in capite declaratur*: *Cum præfix.* בַּשַּׁבָּת in ſabbato, Nehem. 13. v. 15., לַשַּׁבָּת (vocaberis) ſabbatum, Iſa. 58. verſ. 13., מִשַּׁבָּת à ſabbato, Iſa. 58. v. 13. *Cum affix.* שַׁבַּתְּכֶם ſabbatum veſtrum, Lev. 23. v. 32., עֹלַת שַׁבַּת בְּשַׁבַּתּוֹ, Numer. 28. v. 10., holocauſtum ſabbati in ſabbato ejus, *i. e.* per ſingula ſabbata, *ut cum Vulgat. exponunt multi*: וְשַׁבַּתָּהּ & ſabbatum ejus, Hoſe. 2. v. 13. *Plur.* שֶׁבַע שַׁבָּתוֹת ſeptem ſabbata, *id eſt* hebdomades, Levit. 23. v. 15., *& cum præfix.* הַשַּׁבָּתוֹת ſabbata, Nehem. 10. v. 34., בַּשַּׁבָּתוֹת in ſabbatis, Ezech. 46. verſ. 3., לַשַּׁבָּתוֹת in ſabbata, 1. Paral. 23. verſ. 31. *Conſtr.* מִלְּבַד שַׁבְּתֹת יְהֹוָה, Levit. 23. v. 38., præter ſabbata,

bata, *ſive* exceptis ſabbatis Domini: וְסָפַרְתָּ לְךָ שֶׁבַע שַׁבְּתֹת שָׁנִים, Levit. 25. v. 8., & numerabis tibi ſeptem ſabbata, *i. e.* hebdomadas annorum: *Cum affix.* שַׁבְּתֹתַי ſabbata mea, Exod. 31. v. 13., וּמִשַּׁבְּתוֹתַי & à ſabbatis meis, Ezech. 22. verſ. 26., בְּשַׁבְּתֹתֵיכֶם in ſabbatis veſtris, Levit. 26. verſ. 35., שַׁבְּתֹתֶיהָ ſabbata ſua, Levit. 26. v. 34.

שַׁבְּתַי Scabbetai, *& juxta Vulg.* Septhai, *&* Sabathai, *nom. propr. virorum*, Nehem. 8. v. 7., 11. v. 16.

שַׁבָּתוֹן *m.* Quies, ceſſatio *ſumma ab omni opere, & labore*: שַׁבָּתוֹן שַׁבַּת־קֹדֶשׁ לַיהוָה, Exod. 16. v. 23., quies ſabbati ſanctitatis, *ſive* ſancti, *& juxta Vulg.* requies ſabbati ſanctificata eſt Domino.

מִשְׁבַּת *m.* Ceſſatio: *Plural. cum affix.* עַל־מִשְׁבַּתֶּיהָ, Thren. 1. verſ. 7., propter ceſſationes ejus, *quibus ſcil.* eſſe deſinit, *juxta Buxtorfium, Joa. Simonem, & alios*: *At multi cum Vulg. vertunt* ſabbata ejus.

שָׂגָא Magnus fuit, *vel* factus eſt, crevit, auctus, multiplicatus eſt: *Futur.* יִשְׂגֶּא creſcet, creſcit, Job. 8. verſ. 11., *ubi tamen quidam codices habent* יִשְׂגֶּה. *Hiphil. Partic.* מַשְׂגִּיא לַגּוֹיִם augens, creſcere faciens, *ſive* multiplicans gentes, Job. 12. verſ. 23. *Futur.* זְכֹר כִּי־תַשְׂגִּיא פָעֳלוֹ, Job. 36. v. 24., memento, ut amplifices, magnifices opus ejus; *Vulgat. verbum hoc derivavit à* שָׁגָה erravit, ignoravit, *mutato* א *in* ה, *ut ſæpe apud ipſos Auctores ſacros occurrit*; *atque vertit*, memento, quod ignores opus ejus.

שְׂגָא *Chald. ſignificat idem ac Hebr.* שָׂגָא: *Futur.* לְמָה יִשְׂגֵּא, Eſdr. 4. verſ. 22., ad quid creſceret: שְׁלָמְכוֹן יִשְׂגֵּא, Dan. 3. verſ. 31., 6. v. 26., pax veſtra multiplicetur, augeatur.

שָׁגֵא Scagé, *& juxta Vulg.* Sage, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 11. v. 34.

שַׂגִּיא *m.* Magnus, Job. 36. v. 26., 37. v. 23. *Vide, quod ſequitur*.

שַׂגִּיא *m. Chald.* magnus, amplus: צְלֵם חַד שַׂגִּיא ſtatua una magna, *ſive* ampla, grandis, Dan. 2. v. 31., וְרוּמֵהּ שַׂגִּיא & altitudo ejus permagna, *ſive* nimia, Dan. 4. verſ. 7. *Item* multus, permultus, Daniel. 2. verſ. 6., 4. v. 9., 7. v.

7. verſ. 5. *Item adverbialiter* valde, Dan. 2. verſ. 19., 5. v. 9., 6. v. 15.

שַׂגִּיאָה *f. Chald.* multa, ampla: *Sed* שַׂגִּיאָה, *cum puncto ſcil. ſupra* ש *à latere dextro vide infra poſt* שַׂגָּה *inter nomina*: *Plur.* וּמַתְּנָן רַבְרְבָן שַׂגִּיאָן & munera permulta, *&* ampla.

שַׂגִּיאָן *Chald. vide ſupra in* שַׂגִּיאָה.

שָׂגַב Exaltatus, elatus eſt, altus, ſublimis, arduus fuit, *vel* factus eſt: *Hinc* roboratus, robuſtus fuit: *Præter. fœm.* אֲשֶׁר שָׂגְבָה מִמֶּנּוּ, Deuter. 2. verſ. 36., (civitas), quæ alta, *ſive* ſublimis eſſet præ nobis, *id eſt* ſublimior, *quam ut eam redigeremus in poteſtatem*; *vel*, *ut habent alii*, altè munita, inacceſſa nobis: *Plural.* שָׂגְבוּ יֶשַׁע, Job. 5. verſ. 11., extollantur, elati ſint ſalute; *Vulg. vertit*, erigit ſoſpitate. *Niph. præterit.* וְנִשְׂגַּב, Iſa. 2. vv. 11. 17., *&* *in pauſa* וְנִשְׂגָּב, Prover. 18. v. 10., & editus erit, & extolletur, elevabitur, exaltabitur, *Fœm.* נִשְׂגָּבָה, Pſalm. 139. v. 6., excelſa, *ſive* elata eſt, *id eſt* in arduo, *&* *ultra ingenii vires* poſita; *Vulgat. habet*, confortata eſt: *Particip. in pauſa* נִשְׂגָּב שְׁמוֹ לְבַדּוֹ exaltatum nomen ejus ſolius, Pſalm. 148. v. 13., elatum, excelſum, Iſa. 12. verſ. 4. *Fœm.* וּכְחוֹמָה נִשְׂגָּבָה & quaſi murus ſublimis, *ſive*, *ut habet Vulg.*, validus, Prover. 18. v. 11., קִרְיָה נִשְׂגָּבָה civitas exaltata, elata, *ſive* ſublimis, Iſa. 26. verſ. 5. *Pih. Futur. cum affix.* אֲשַׂגְּבֵהוּ roborabo, *vel* exaltabo, *id eſt* in tuto ponam eum, Pſalm. 91. v. 14., מִמִּתְקוֹמְמַי תְּשַׂגְּבֵנִי ab inſurgentibus contra me exaltabis, exaltas, *id eſt* in tuto, *ſive* in loco alto ponis me, Pſal. 59. v. 2., וַיְשַׂגֵּב אֶבְיוֹן מֵעוֹנִי & elevat pauperem ab inopia, Pſalm. 107. v. 41., יְשַׂגֶּבְךָ elevet te, *& juxta Vulg.* protegat te, Pſalm. 20. v. 2. *Pyh. Futur.* יְשֻׂגָּב exaltabitur, in tuto ponetur, Prover. 29. verſ. 25. *Hipb. Futur.* הֶן־אֵל יַשְׂגִּיב בְּכֹחוֹ, Job. 36. v. 22., ecce Deus roborat, extollit virtute ſua, *ita Buxtorfius*; *Alii vertunt* ſublimiter, ardue agit; *Vulg. habet*, ecce Deus excelſus in fortitudine ſua.

שְׂגוּב Seguv, *& juxta Vulg.* Segub, *nom. propr. virorum*, 1. Sam. 16. v. 34., 1. Paralip. 2. vv. 21. 22.

מִשְׂגָּב *m.* Locus editus, ſublimis, *ac propterea* tutus: *Hinc* mu-

munitio, arx edita: *Et adjective* ſuſceptor, auxiliator: וִיהִי יְהוָה מִשְׂגָּב לַדָּךְ מִשְׂגָּב לְעִתּוֹת, Pſalm. 9. v. 10., & erit Dominus locus ſublimis, editus, tutus pauperi: locus ſublimis, editus, tutus in temporibus, *ita multi cum Buxtorfio; Pagninus reddit*, exaltatio pauperi, exaltatio in temporibus; *Vulg.*, & factus eſt Dominus refugium pauperi: adjutor in opportunitatibus: *Cum præfix.* הַמִּשְׂגָּב locus ſublimis, fortis, tutus, Jerem. 48. v. 1., לְמִשְׂגָּב, Pſalm. 48. v. 4., in locum editum, tutum, in munitionem, in arcem ſublimem; *Vulgat. vertit*, cum ſuſcipiet eam, *id eſt tuebitur, & proteget: Conſtruct.* וּמִבְצַר מִשְׂגַּב חוֹמֹתֶיךָ, Iſa. 25. v. 12., & munitio ſublimis, *id eſt* munitio alta, *&* inaceſſa murorum tuorum: *Cum affix.* מִשְׂגַּבִּי, 2. Sam. 22. v. 3., Pſalm. 59. vv. 10. 18., munitio edita mea, *ſive* locus editus meus, *& juxta Pagninum* elevatio mea; *à Vulgat. redditur* elevator, ſuſceptor meus: מִשְׂגַּבּוֹ, Iſa. 33. v. 16., locus ſublimis ejus, *ſive* munitio ejus.

שָׁגַג Erravit, à via recta declinavit, *aut* ignorans erravit, inconſideratus, incogitans egit: *Præt.* עַל שִׁגְגָתוֹ אֲשֶׁר־שָׁגָג, Levit. 5. v. 18., ſuper errore ſuo, *ſive* juxta errorem ſuum, quo erravit: *Partic. maſc.* שֹׁגֵג errans, Job. 12. v. 16., Pſalm. 119. v. 67., *& fæm.* הַשֹּׁגֶגֶת errans, quæ erravit, Num. 15. v. 28.

שְׁגָגָה *fæm.* Erratum, error, peccatum ex ignorantia, Levit. 15. v. 25., כִּי שְׁגָגָה הִיא, Eccleſ. 5. v. 5., quia error, ignorantia ipſa: *Cum præfix.* בִּשְׁגָגָה per errorem, per ignorantiam, Lev. 4. v. 2., כִּשְׁגָגָה ſicut, quaſi error, *& juxta Vulg.* quaſi per errorem, Eccleſ. 10. v. 5., לִשְׁגָגָה per ignorantiam, per errorem, Numer. 15. verſ. 24. *Cum affix.* שִׁגְגָתוֹ *vide ſupra in verbo*: עַל־שִׁגְגָתָם, Numer. 15. verſ. 25., ſuper, *ſive* pro errore ſuo.

מְשׁוּגָה *fæm. Vide infra ſub radice* שוג.

שָׁגָה Erravit, aberravit, oberravit, declinavit: *Item juxta Vulg.* ignoravit, neſcivit. *Sed* שָׂגָה, *cum puncto ſcil. ſupra* ש *à latere ſiniſtro, quod latine ſonat*, magnus fuit, *&c. vide infra ſuo loco poſt hanc radicem*: *Præterit.* שָׁגִיתִי erravi, ignoravi, Job. 6. v. 24. *Plur.* בַּיַּיִן שָׁגוּ vino errarunt,

rarunt, *ſive* præ vino neſcierunt, Iſa. 28. v. 7. *Partic.* ia וְכָל־שֹׁגֶה, Prov. 20. v. 1., ideo omnis, *vel* quiſquis errans in eo, *vel* delectans ſe in eo, indulgens ei, *ſcil. vino*: מֵאִישׁ שֹׁגֶה pro unoquoque errante, ignorante, Ezech. 45. v. 20. *Plur.* שׁוֹגִים, Pſalm. 119. verſ. 118., & *cum præfix.* הַשֹּׁגִים, Pſal. 119. verſ. 21., errantes, declinantes, diſcedentes: *Infinit. cum præfix.* לִשְׁגוֹת מֵאִמְרֵי־דָעַת, Prover. 19. v. 27., ad aberrandum, *ſive quæ eſt* (*doctrina*), ut aberres à verbis ſcientiæ; *Vulgat. vertit*, nec ignores ſermones ſcientiæ: *Futur.* וָאֶשְׁגֶה & erravi, *ſive*, *juxta Vulg.* ignoravi, 1. Sam. 26. v. 21., בְּאַהֲבָתָהּ תִּשְׁגֶּה תָמִיד, Prov. 5. v. 19., in amore ejus oberres, oberrabis, *i. e.* delecteris, *ſive* delectaberis jugiter; *qui rei alicui eſt addictus*, *in ea* oberrare, vagarique, *ferarum*, *quæ ibidem notantur*, *more*, *dicitur*. *Inde tamen minime ſequitur*, *Auctorem Sacrum* errorem viro ob uxoris amorem *permittere*. *Nam*, *ut notant Interpretes apud Matth. Polum*, *deſcribit hic modum* lætandi *decenter de uxore ſua*, *in oppoſitione ad* lætitiam *apud meretrices quæſitam*. *Sed & Ioa. Simon*, *aliique arbitrantur*, τὸ שָׁגָה *non tantum* errare, *ſed &* cum affectu deſiderii, *atque* amoris *ad aliquid* declinare, *adeoque etiam abſque* errore appetere, adamare *aliquid*, oblectare ſe *re aliqua*; *idque probat ex ſenſu Arabico*: וְלָמָּה תִשְׁגֶּה בְנִי בְזָרָה, Prov. 5. v. 20., ad quid, *ſive* quare erras, errabis, fili mi, in aliena, *id eſt* quare delectaberis aliena; *Vulg. vertit*, quare ſeduceris, fili mi, ab aliena: יִשְׁגֶּה errrabit, Prover. 5. verſ. 23. *Plur.* תִּשְׁגּוּ errabitis, Numer. 15. v. 22., יִשְׁגּוּ erraverint, *ſive*, *juxta Vulgat.* ignoraverit, Levit. 4. verſ. 13., errant, oberrant, Ezech. 34. v. 6. *Hiph. Partic.* מַשְׁגֶּה errare faciens, Deuter. 27. v. 18. *Sed* מִשְׁגֶּה *vide infra inter nomina*: *Futur. cum affix.* אַל־תַּשְׁגֵּנִי מִמִּצְוֹתֶיךָ, Pſalm. 119. verſ. 10., nè errare ſinas me à mandatis tuis; *Vulg. vertit*, nè repellas me à mandatis tuis.

שְׁגִיאָה *f.* Error: *Plur.* שְׁגִיאוֹת errores, & *juxta Vulg.* delicta, Pſalm. 19. v. 13., *ubi tertia radicali* ה *mutata in* א.

שִׁגָּיוֹן *m.* Pſalm. 7. v. 1. Cantio erratica, *id eſt varia*, *quæ omnibus rationibus muſicæ decantabatur ſimul*. *Vocabulum* muſi-

3. verſ. 2., ubi non fueris vitiata, *ſive* violata, proſtrata ſis.

שֵׁגָל *f.* Conjux, uxor, *appellatione honeſta, ut* ſponſæ *vocabulum Germanis, cujus verbum obſcænum. Dicitur autem tantum de* auguſta, *ſive* regina, *aut* regia conjuge: נִצְּבָה שֵׁגַל aſſiſtit conjux (ad dexteram tuam), Pſal. 45. v. 10. *Haſtenus Buxtorſius, & alii tam veteres, quam recentiores Interpretes*: *Cum præfix.* וְהַשֵּׁגַל & conjux, *ſive* regina, Nehem. 2. v. 6. *Vide quod ſequitur*.

שֵׁגַל *fœm. Chaldaicum* conjux, uxor: *Plur. cum affix.* שֵׁגְלָתֵהּ וּלְחֵנָתֵהּ uxores ejus, & concubinæ ejus, Dan. 5. v. 2., שֵׁגְלָתָךְ uxores tuæ, Dan. 5. v. 23.

שֶׁגַּם *Dictio compoſita ex relativo* אֲשֶׁר, *& particula* גַּם; *atque reddendum*, quod etiam, Eccleſ. 1. v. 17., 2. v. 15., 8. v. 14.; בְּשַׁגַּם eo quod etiam, Geneſ. 6. verſ. 3. *Sed* תְּשַׁגֵּם, יְשַׁגֵּם, אֲשַׁגֵּם *&c. dictiones item compoſitas vide ſupra pag.* 809.

שִׁגָּיוֹן, *& Plural. fœm.* שִׁגְיֹנוֹת *vide ſupra poſt* שָׁגָה erravit, *pag.* 1543.

שָׁגַע Amens, inſanus fuit, inſanivit; *in Kal Inuſit. Pyh. Partic.* מְשֻׁגָּע, Deut. 28. v. 34., Jerem. 29. v. 26., Hoſe. 9. verſ. 7., *& cum præfix.* הַמְשֻׁגָּע, 2. Reg. 9. v. 11., amens, demens, *ſive* dementatus, mente captus, inſanus, ad inſaniam redactus: *Plural.* חֲסַר מְשֻׁגָּעִים אָנִי, 1. Sam. 21. v. 16., an carens inſanis, *ſive* mente captis ego? *Hithp. Particip.* מִשְׁתַּגֵּעַ inſanum, amentem ſe gerens, 1. Sam. 21. v. 15. *Infin. cum præfix.* לְהִשְׁתַּגֵּעַ עָלָי, 1. Sam. 21. v. 16., ut amentem, inſanum ſe gerat coram me; *Vulg. vertit*, ut fureret, me præſente.

שִׁגָּעוֹן *maſc.* Amentia, *ſive* inſania, *& quidem, juxta aliquos*, magna: *Occurrit cum præfix.* בְּשִׁגָּעוֹן, Deut. 28. v. 28., 2. Reg. 9. v. 20., Zach. 12. v. 4., amentia, in amentia, *ſive* in amentiam.

שָׁגַר *Verbum Hebræis inuſit. Chaldæis autem, in Targum, & Rabbinis eſt*, emiſit, edidit. *Inde ſunt nomina, quæ ſequuntur*.

שֶׁגֶר *maſc.* Emiſſum *proprie, vel* emiſſio: *Hinc* fœtus, partu editus: *Conſtr.* שְׁגַר אֲלָפֶיךָ, Deut. 7. v. 13., (& benedicet)

cet) fœtui, *ſive* partui bovum tuorum; *Vulg. habet*, & armentis.

שֶׁגֶר *maſc.* Fœtus : וְכָל־פֶּטֶר שֶׁגֶר בְּהֵמָה, Exod. 13. v. 12., (transferes) omnem apertionem fœtus jumenti, *i. e.* omnem primogenitum fœtum; *Unde recte Vulg. vertit*, (ſeparabis), quod primitivum eſt in pecoribus tuis.

שִׂגְשֵׂג Creſcere, multiplicari : *Inde Futur. fœm.* תְּשַׂגְשֵׂגִי, *quod vide ſupra in* שָׂגָה *pag.* 1544.

שַׁד *m.* Mamma, uber; *quam quidem dictionem multi derivant à radice* שָׁדָה, *quæ Hebræis inuſitata*; *Chaldæis vero*, & *Syris*, *mutato* ה *in* א, *ſonat*, fudit, effudit : *Unde* uber, mamma שַׁד, *q. d.* effuſio lactis : חָלְצוּ שַׁד, Thren. 4. verſ. 3., extrahunt mammam, *id eſt* extractam præbent; *metaphora à lactantibus* : *Duale* שָׁדַיִם utraque mamma, mammæ, ubera, Geneſ. 49. v. 25., מִשָּׁדַיִם ab uberibus, Iſa. 28. v. 9. *Plural.* שָׁדִים *vide in* שֹׁד *poſt* שָׁדַד : *Conſtr.* שְׁדֵי אִמִּי ubera matris meæ, Cant. 8. verſ. 1. *Cum affix.* שָׁדַי ubera mea, Cant. 1. verſ. 13., 8. v. 10. *Aliud vide poſt* שָׁדַד : שָׁדַיִךְ ubera tua, Cant. 7. v. 8., &c., מִבֵּין שָׁדֶיהָ è medio uberum ſuorum, Hoſe. 2. verſ. 4., שְׁדֵיהֶן mammæ, ubera ipſarum, Ezech. 23. v. 3.

שֹׁד *m.* Mamma, uber : *Alio in ſenſu hanc ipſam dictionem vide infra poſt* שָׁדַד : *Cum præfix.* וְשֹׁד & mamilla, Iſa. 60. verſ. 16., מִשֹּׁד ab ubere, Iſa. 66. v. 11. *Aliud* מִשֹּׁד *vide infra in* שֹׁד *poſt* שָׁדַד.

שֵׁד Dæmon, *vide poſt eumdem radicem*, *nempe* שָׁדַד.

שְׁדֵיאוּר Scedehur, *nom. propr. viri*, Num. 1. v. 5.

שָׁדַד Vaſtavit, devaſtavit, deſtruxit : *Alio in ſenſu*, *ſed cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro*, *ita ſcil. ſcriptum* שָׂדַד, *vide poſt hanc radicem pag.* 1548. *Præter. defect. cum affix.* וְשַׁדָּם, Prover. 11. verſ. 3., *ubi Maſſora*, *quam alii ſequuntur*, *monet legendum*, יְשָׁדֵּם vaſtabit illos : *Plural.* וְשָׁדְדוּ אֶת־גְּאוֹן מִצְרַיִם & vaſtabunt faſtum, *ſive* ſuperbiam Ægypti, Ezech. 32. v. 12., & *defective cum affixo* שַׁדּוּנִי vaſtarunt, & *juxta Vulg.* afflixerunt me, Pſalm. 17. v. 9. *Partic.* שׁוֹדֵד, Iſa. 16. v. 4., &c., *item* שֹׁדֵד, Jerem. 15. verſ. 8., & הַשֹּׁדֵד, Jerem. 6. v. 26., vaſtans, & *ſubſtantive* vaſtator : *Plural.* שֹׁדְדִים, Jerem. 12. verſ. 12., & הַשּׁוֹדְדִים,

הַשּׁוֹדְדִים, Jerem. 51. v. 48., vaſtatores; לְשֹׁדְדִים vaſtatoribus, prædonibus, Job. 12. v. 6. *Conſtruct.* שֹׁדְדֵי vaſtatores, prædones, latrones, Abd. 1. verſ. 5. *Partic. Pahul* שָׁדוּד vaſtatus, deſtructus, perditus, Jud. 5. v. 27., Iſa. 33. verſ. 1., Jerem. 4. v. 30. *Fœmin.* הַשְּׁדוּדָה vaſtata, *&* *juxta Vulg.* miſera, Pſalm. 137. v. 8. *Infin.* שָׁדוֹד vaſtando, *ſive* vaſtatione, depopulatione, Mich. 2. verſ. 4., לִשְׁדוֹד ad vaſtandum, Jerem. 47. v. 4. *Imper. plur.* וְשָׁדְדוּ & vaſtate, *aut* diripite, Jerem. 49. v. 28. *Futur. defect. cum affix.* יְשָׁדֵּם *vide ſupra in Præter.* וְשָׁדָם. *Niph. Præter. plur.* נְשַׁדֻּנוּ, Mich. 2. verſ. 4., *ubi* Kibbutz *eſt loco* Cholem, vaſtati ſumus. *Pih. Partic.* מְשַׁדֶּד־אָב, Proverb. 19. verſ. 26., deſtruens, perdens, devaſtans patrem, *ita Recentiores reddunt; Sed LXX., & Aquila ſunt interpretati*, ὁ ἀτιμάζων πατέρα, *id eſt* qui inhonorat, *vel* dehoneſtat patrem; *Vulg. habet*, qui affligit patrem: *Futur.* אַל־תְּשַׁדֵּד ne vaſtes, Prover. 24. v. 15., יְשֹׁדֵד מַצֵּבוֹתָם vaſtabit ſtatuas eorum, Hoſe. 10. v. 2., *& cum affix.* יְשָׁדְדֵם. Jer. 5. verſ. 6., *ubi* Cholem *propter affixum correptum eſt, ut notat Buxtorfius*, vaſtabit eos: *Pyh. Præter.* שֻׁדַּד, Iſa. 15. verſ. 1., *& in pauſa* שֻׁדָּד, Jerem. 10. v. 20., vaſtatus, vaſtatum eſt: *Fœm.* שֻׁדְּדָה, Jerem. 4. v. 20., *& in pauſa* שֻׁדָּדָה, Jerem. 48. v. 1., *item* שֻׁדְּדָה, Nahum. 3. v. 7., vaſtata, devaſtata eſt: *Plur.* שֻׁדְּדוּ, Jerem. 4. v. 20., *& in pauſa* שֻׁדָּדוּ, Zachar. 11. v. 2., vaſtati, vaſtata ſunt: שֻׁדַּדְנוּ vaſtati, devaſtati ſumus, Jerem. 4. verſ. 13., 9. verſ. 18. *Hoph. Futur.* תּוּשַּׁד vaſtaberis, Iſa. 33. v. 1., יוּשַּׁד, *pro* יֻשַּׁד vaſtabitur, Hoſe. 10. v. 14.

שֻׁדָּדָה, שֻׁדֶּדֶת *f. Vide ſupra in verbo* שָׁדַד.

שֹׁד *m.* Vaſtatio, rapina, Prover. 21. v. 7., 24. verſ. 2., *&c.*, *item* vaſtator, *& juxta Vulg.* miſer, Iſa. 16. v. 4. *Alio in ſenſu vide ſupra ante verbum* שָׁדַד: *Sed cum* Cholem *pleno, videl.* שׁוֹד *vide infra ſub radice* שׁוד: *Cum præfix.* הַשֹּׁד vaſtatio, vaſtitas, Iſa. 51. v. 19., כְּשֹׁד quaſi, ſicut vaſtatio, Iſa. 13. verſ. 6., לְשֹׁד ad vaſtationem, Job. 5. verſ. 22., יִגְזְלוּ מִשֹּׁד יָתוֹם, Job. 24. verſ. 9., *varium in ſenſum à diverſis accipitur: Quidam reddunt*, rapiunt, *vel* abripiunt ab ubere, *ſive* à mamma, *videl. matris*, pupillum;

lum; *Alii*, rapiunt de præda pupilli, *i. e.* præ vaſtitate, *&* rapacitate, *quam exercent*, *nè* pupillo *quidem parcunt*; *Alii*, diripiunt pernicioſe pupillos; *Vulg. habet*, vim fecerunt, deprædantes pupillos: *Quæ quidem Interpretum diſcrepantia ex varia radice, ad quam hæc dictio* שׁוֹד *referri poteſt, eſt repetenda*.

שֵׁד *m.* Dæmon, *quaſi* vaſtator *dictus*: *Plur.* שֵׁדִים dæmones, Deuter. 32. v. 17., Pſalm. 106. v. 37.

שִׁדָּה *fœm.* Symphonia, *ſic dicta*, *quòd voces pares*, *&* *impares*, *ſoni contrarii*, *&* *ſimiles ſe ita invicem grata mixtura*, *&* *temperamento* frangant, *&* vaſtent, *ut inde concinnum melos*, *concordiaque diſcors oriatur*: שִׁדָּה וְשִׁדּוֹת, Eccl. 2. verſ. 8., (comparavi mihi) ſymphoniam, *&* ſymphonias, *id eſt*, omnis generis ſymphonias. *Hanc Kimchi in lib. Radicum omnibus aliis interpretationibus præfert*: *Hactenus Buxtorfius*; *quem tamen non omnes ſequuntur*: *Græci ſunt interpretati*, οἰνοχόον καὶ οἰνοχόας miniſtrum vini, & miniſtras; *vel*, *ut legitur in Cod. Alex.* οἰνοχόους καὶ οἰνοχόας vini fuſores, & vini fuſitrices, *vel* pocillatores, & pocillatrices; *Aquila vertit* κυλίκιον καὶ κύλικας parvum calicem, & calices; *Symmachus* μέτρων σχήματα καὶ ἐπιθέματα menſurarum ſpecies, & appoſitiones: *Vulg. habet*, (feci....) ſcyphos, & urceos in miniſterio ad vina fundenda: *Alii vertunt*, (comparavi mihi) captivam, & captivas, *id eſt unam*, *&* *plures ex mulieribus formoſiſſimis bello captis*.

שַׁדַּי *m.* Præpotens, omnipotens, Geneſ. 17. v. 1. *Eſt unum ex nominibus Dei*, *à potentia ejus deſumptum*. *Qua enim potentia omnia creavit*, *eadem omnia* vaſtare, *&* in nihilum redigere poteſt. *Vide Pirke R. Elieſer* cap. 3. *Sed & LXX. in hunc ſenſum ſæpè reddiderunt* παντοκράτωρ, *&* Job. 8. verſ. 3., ὁ τὰ πάντα ποιήσας. *Aben Eſra* חָזָק fortem, potentem *explicat*. *R. Salomon vult*, *illud idem eſſe nomen compoſitum ex pronomine inſeparabili* שׁ, qui, quæ, quod, *&* *ex nomine* דַּי ſufficiens, *ad omnia ſcilicet præſtanda*, *&* *qui talis eſt*, *is rectè etiam dicitur* omnipotens: *Hactenus Buxtorfius*. *Vide in* שָׂרָה *pag.* 1549.

שֵׁדֵר

שָׂרַד Planus, rectus fuit. *Inde eſt Pih.* שִׂדֵּד rectum, planum fecit, *ſpeciatim* occando, contudit, confregit, effregit, *vel* offregit glebas: *Futur.* יְשַׂדֵּד עֲמָקִים occabit valles, *ſive* confringet glebas vallium, Job. 39. verſ. 10., יְשַׂדֶּד־לוֹ occabit; *id eſt* confringet ſibi glebas, Hoſe. 10. v. 11., וִישַׂדֵּד אַדְמָתוֹ, Iſa. 28. verſ. 24., & occabit, *ſive, juxta Vulg.* ſarriet terram, humum ſuam.

שִׂדִּים Siddim, *nom. propr. vallis, quæ à Vulg. dicitur* ſylveſtris, Geneſ. 14. v. 3. *Sed* שִׂדִּים *vide pag.* 1548.

שָׂדָה *Verbum Hebræis inuſit. Sed Chaldæis, & Syris* שְׂדָא *ſonat*, fudit, effudit: *Arabibus vero* שָׂדָא *ſonat, idem ac Latinis*, rore adſperſa fuit, maduitque terra: *Inde, ut arbitratur Joa. Simon, ſunt Hebræa, quæ ſequuntur, nomina.*

שָׂדֶה *m.* Campus, ager, *tàm cultus, & ſativus, quam paſcuoſus, ut ſcribit Kimchi in* cap. 8. Joſ. v. 24. *Uterque habitationi hominum inſervit: Unde & pro* terra *aliqua, vel* regione *ſumitur, quam homines incolunt:* אֶל־שָׂדֶה טוֹב in agro bono, *ſive* in terra bona, Ezech. 17. verſ. 8. *Eſt &* שָׂדַי, *& in pauſa* שָׂדָי *pro* שָׂדֶה, *juxta Kimchium, alioſque*: *atque hac forma occurrit* Deuter. 32. verſ. 13., Pſalm. 8. verſ. 8., 50. verſ. 11., *&c. Cum præfix.* הַשָּׂדֶה ager, regio, Geneſ. 2. verſ. 5., אֶת־הַשָּׂדֶה cum agro, Geneſ. 49. verſ. 30., בַּשָּׂדֶה per agrum, Num. 20. v. 17., *&* בַּשָּׂדֶה in agro, Geneſ. 4. verſ. 8. *Conſtr.* וַיַּכּוּ אֶת־כָּל־שְׂדֵה, & percuſſerunt omnem regionem, Geneſ. 14. v. 7. *Cum præfix.* בִּשְׂדֵה מוֹאָב in regione Moab, Geneſ. 36. verſ. 35., בִּשְׂדֵה אַחֵר in agro alieno, Exod. 22. v. 4., כִּשְׂדֵה ſicut ager, Levit. 27. verſ. 21., מִשְּׂדֵה de agro, Levit. 27. verſ. 22., *item* de regione, Ruth. 4. verſ. 3. *Cum affix.* שָׂדְךָ, Levit. 19. v. 9., *&* שָׂדְךָ, Levit. 25. v. 3., ager tuus, *ſive* terra tua; בְּשָׂדְךָ, Deuter. 11. verſ. 15., *&* בְּשָׂדְךָ, Deuter. 24. verſ. 19., in agro tuo; *Cum affix.* בִּקְצֵה שָׂדֵהוּ in extremitate agri ſui, Geneſ. 23. verſ. 9., וְאֶל־שָׂדֵה לְשָׂדֵהוּ in regionem ſuam, Nehem. 13. verſ. 10., & pro agro ſuo, 2. Reg. 8. v. 3. *Plur. juxta quoſdam, ſed forma irregulari* שָׂדַי, *& in pauſa* שָׂדָי *vide ab initio hujuſce dictionis: Conſtr.* עַל־שְׂדֵי־חֶמֶד ſuper agros deſiderii, *ſive*

ſive ſuper regiones deſiderabiles, Iſa. 32. v. 12. *Cum præfix.* בִּשְׂדֵי מוֹאָב in regionibus Moab, Ruth. 1. verſ. 1., בִּשְׂדֵי־יָעַר in campis ſylvæ, Pſalm. 132. verſ. 6., לִשְׂדֵי, Nehem. 12. v. 44., ex agris; *ſed Vulg. ibidem legit* לְשָׂרֵי, *cum* Reſc *ſcilicet loco* Daleth; *vertit enim* principes: מִשְּׂדֵי de regionibus, Ruth. 1. v. 22. *Cum affix.* שָׂדֵינוּ regiones noſtræ, Mich. 2. v. 4., לֵךְ עַל־שָׂדֶיךָ ito, vade ad agros tuos, 1. Reg. 2. v. 26. *Plur. fœm.* שָׂדוֹת (dabit) agros, 1. Sam. 22. verſ. 7. *Cum præfix.* וּמִן־הַשָּׂדֹת & de agris, Exod. 8. verſ. 9., וּמִשְּׂדוֹת & de regionibus, Nehem. 12. verſ. 29. *Cum affix* שְׂדֹתֵינוּ agri noſtri, Nehem. 5. vv. 3. 4. 5., שְׂדוֹתֵיכֶם agri veſtri, 1. Sam. 8. v. 14., וּשְׂדֹתֶיהָ & agri, *id eſt* regiones ejus, Nehem. 11. v. 30., שְׂדֹתֵיהֶם agri ſui, *vel* ipſorum, Nehem. 5. v. 11., בִּשְׂדֹתָם regionibus eorum, Nehem. 11. v. 25.

שֵׂרָה *f. Vide ſupra pag.* 1548.

שַׂרַם *m. Vide ſupra pag.* 1548. *Vide etiam in* שָׂרָה *pag.* 1549.

שַׁד, שֵׁד, שֹׁד *Vide ſupra pag.* 1546.

שרם *Radix inuſitata. Nam* שָׂרֵם *eſt dictio compoſita, quam vide ſupra in* שָׂרַר. *Ex* שָׂרֵם *nonnulli derivant nomen, quod ſequitur.*

שְׁרֵמָה *fœm.* Ager, arvum, *proprie* uredine tactum, aduſtum, *&* torridum; *quibuſdam eſt etiam* uredo, Iſa. 37. v. 27., *idem quod* שְׁרֵפָה, 2. Reg. 19. v. 26., *per commutationem* מ, *&* פ, *quæ ſunt literæ homogeneæ, ut Hebræi ſcribunt: Pluraliter in genere ſumitur pro* agris, *vel* arvis, *ſive frumentum, ſive vinum proferant; Unde &* vites *ſignificat. Ob generalem hunc uſum maſculinè uſurpatur, id eſt* nullus agrorum: *Hactenus Buxtorfius*: וּשְׁדֵמוֹת לֹא עָשָׂה אֹכֶל & agri, arva non fecit, *i. e.* nullus agrorum fecit cibum, Habac. 3. v. 17., הַשְּׁדֵמוֹת, *juxta Maſſorethas, ſed ſcriptum legitur cum* Reſc *loco* Dalet, *ita* הַשְּׁרֵמוֹת, Jerem. 31. v. 40., arva aduſta, torrida; *Vulg. vertit* regionem mortis: *Conſtruct.* שַׁדְמוֹת חֶשְׁבּוֹן, Iſa. 16. v. 8., vites Chesbon, *juxta quoſdam; alii vertunt* arva, agros, campos ſuburbanos: בְּשַׁדְמוֹת in agris, *& juxta Vulg.* in convalle, 2. Reg. 23. verſ. 4., וּמִשַּׁדְמֹת & de agris, Deuter. 32. v. 32., *ubi Vulg. habet*, & de ſuburbanis.

Digitized by Google

* שִׁרְיוֹן *Vide ſupra poſt* דין *pag.* 196. *Sed* שִׁרְיֹנֵי, *&* נִשְׁרְנוּ *vide in* שָׂרַד *pag.* 1746. *&c.*

שרף Aduſſit: *Partic. Pahul plur. fœm.* שְׂרוּפֹת, Geneſ. 41. verſ. 6., *&* שְׂדֻפוֹת, Geneſ. 41. vv. 23. 27., aduſtæ, uredine tactæ.

שְׁרֵפָה *f.* Aduſtio, uredo *ſegetum*; *& juxta alios* arvum aduſtum, *&* torridum: וּשְׁרֵפָה לִפְנֵי קָמָה, 2. Reg. 19. v. 26., & aduſtio, *ſive* uredo antequam *ſit* ſeges; *vel, juxta alios*, & arvum aduſtum, *&* torridum, antequam in culmum aſſurgat; *Vulg. ſenſum expreſſit*.

שִׁדָּפוֹן *m.* Aduſtio, uredo *ſegetum*, 1. Reg. 8. verſ. 37., 2. Paralip. 6. v. 28., *quibus in locis à Vulg. redditur* corruptus aer, *&* ærugo: *Cum præfix.* בַּשִּׁדָּפוֹן, Deuter. 28. verſ. 22., Amoſ. 4. v. 9., Aggæ. 2. v. 17., uredine; *Vulg. reddit*, aere corrupto, *&* in vento urente.

שדר *Chald. in Pehal inuſitatum. Ithpah.* הִשְׁתַּדַּר conari, ſatagere, contendere, operam dare, *& ponitur pro* הִשְׁתַּדֵּל, *quod proprie illud ſignificat*, ל *&* ר *inter ſe permutatis, ut ſcribit Elias in ſuo Methurgeman. Particip.* הֲוָה מִשְׁתַּדַּר, Dan. 6. v. 15., erat ſatagens, *ita Buxtorfius*: *Alii vertunt*, erat contendens, moliens, conans; *& juxta Vulg.* laborabat. *Inde eſt verbale* אֶשְׁתַּדּוּר, *quod vide ſupra ſub litera* א *pag.* 77. *Vide infra ſuo loco* שַׂדְרָה.

שְׂדֵרָה *f.* Ordo, ſeries, ſtructura ſecundum ordinem, *juxta multos*: *Quam dictionem Interpretes derivant à radice Chald.* סדר diſpoſuit, ordinavit, *mutato* ס *in* ש: *Plur.* וּשְׂדֵרֹת בָּאֲרָזִים, 1. Reg. 6. verſ. 9., ordinationes, coaxationes in cedris, *juxta Buxtorfium*: *Alii cum Vulgat., & Pagnino vertunt*, (texit domum) laquearibus, *ſive* tabulatis cedrinis; *vel, juxta quoſdam*, per ordinatos cedros: *Cum præf.* הַשְּׂדֵרוֹת, 2. Reg. 11. verſ. 8., ordines, *ut habent Buxtorfius, Joa. Simon, & quidam alii*: *At LXX., retenta voce Hebraica, verterunt* τὰς σαδηρὼθ ſadiróth; *Aquila vertit* περίβολον ſeptum; *Vulg.* ſeptum templi: *ſunt & alii, qui reddunt*, acies, ordines cuſtodiæ: אֶל־מִבֵּית לַשְּׂדֵרֹת, 2. Regum 11. verſ. 15., extra templum ad ſepta, *ſive* ordines, *ſcilicet militum, vel* intra ordines, *i. e. copias armatorum*: *Vulg. vertit* extra ſepta templi.

שַׁדְרַךְ Scadràch, & *juxta Vulg.* Sidrach, *nom. propr. viri*, Dan. 1. v. 7.

שֶׂה c. *ſed maſc. ſæpius*, Pecus, *parva proprie*, & *ſæpe eſt ſingulare*, agnus, hædus. *Radix eſt* שׂיה, & שֵׂה *pro* שֶׂיָה: כָּל־שֶׂה נָקֹד omnem pecudem punctis reſperſam, Geneſ. 30. v. 32., שֶׂה תָמִים agnus integer, Exod. 12. v. 5. *Fœm.* שֶׂה פְזוּרָה pecus diſperſa, Jerem. 50. verſ. 17. *Cum præfix.* הַשֶּׂה pecus, & *juxta Vulgat.* victima, Geneſ. 22. verſ. 7., בְּשֶׂה ove, Exod. 13. v. 13., כְּשֶׂה ſicut ovis, Pſalm. 119. verſ. 176., לַשֶּׂה, Numer. 15. verſ. 11., per agnum; & בֵּין־שֶׂה לָשֶׂה inter pecus, & pecus, Ezech. 34. verſ. 17., מִהְיֹת מִשֶּׂה, Exod. 12. v. 4., quam eſſe, *ſive* quam ut ſit præ pecude, *vel* agno, *id eſt* quam ut ſit par edendo agno: *Conſtr.* שֶׂה כְשָׂבִים וְשֵׂה עִזִּים, Deut. 14. v. 4., pecudes ovium, & pecudes caprarum: שֵׂה עֹלֹתֶיךָ (obtuliſti mihi) hædum, *ſive* arietem holocauſti tui, Iſa. 43. v. 23. *Cum affix.* אֶת־שֵׂיוֹ (videbis) ovem, Deuter. 22. v. 1., וְאִישׁ שֵׂיֵהוּ (adducat) & unuſquiſque pecudem ſuam, *ſive* arietem ſuum, 1. Sam. 14. v. 34.

שׂהד *Radix Hebræis inuſitata: Chaldæis autem, & Syr.* סְהַד ſonat teſtatus eſt. *Inde ſunt*

שָׂהֵד *m.* Teſtis, teſtificator: *Cum affix.* וְשָׂהֲדִי בַּמְּרוֹמִים, Job. 16. v. 19., & teſtis, teſtificator, *ſive*, *juxta Vulg.* conſcius meus in excelſis *eſt*. *Hæc dictio*, *ut Buxtorfius admonet*, *diverſimodè in exemplaribus punctata occurrit*.

שָׂהֲדוּתָא *m. Chald. in ſtatu emphat.* teſtimonium, teſtis, Geneſ. 31. v. 47.

שֹׁהַם *maſc.* Sardonyx, *lapis pretioſus*: *Vulg.* & *quibuſdam aliis eſt etiam lapis* onyx, *ſive* onychinus, Exod. 25. verſ. 7., 1. Paral. 29. verſ. 2., Ezech. 28. v. 13. *Cum præfix.* וְאֶבֶן הַשֹּׁהַם & lapis ſardonyx, *ſive* onychinus, Geneſ. 2. verſ. 2., בְּשֹׁהַם onyche, *ſive* ſardonyche, & *juxta Vulg.* lapidi ſardonyco, Job. 28. verſ. 13. *Vide*, *quæ ſequuntur*.

שֹׁהַם Scohám, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 24. v. 27.

שֶׁהֵם, & שֶׁהֶם *Dictiones compoſitæ ex duobus pronominibus*, *ſcil. ex* אֲשֶׁר, & הֵם; *redditurque*, quod illi, Eccleſ. 3. v. 18., quia illi, iſti, Cant. 6. v. 5., Thren. 4. v. 9.

שַׂהֲרֹן

שַׁהֲרוֹן *m. Inde plural. cum præfix.* הַשַּׂהֲרֹנִים , Jud. 8. vv. 21. 26., Iſa. 3. v. 18., lunulæ, *ornamenta, ſive monilia pretioſa, à lunari forma ſic appellata: Quam quidem dictionem, mutato* ס *in* ש, *linguæ hebrææ periti derivant à Chaldeo* סַהֲרָא luna, *quod plena* rotunda *eſt*.

שָׁוְא *m.* Vanitas, vanum, falſitas, falſum, mendacium: *Et adverbialiter*, fruſtra, in vanum: אַל־יַאֲמֵן בַּשָּׁו ne credat vanitati, כִּי שָׁוְא nam vanitas (erit compenſatio ejus), Job. 15. v. 31., *prius ſcribitur defectivè abſque* א: עֵד שָׁוְא teſtimonium falſitatis, Deuter. 5. v. 20., לַשָּׁוְא in vanum, Exod. 20. verſ 7. *Vide &* Jerem. 2. verſ. 30. *Kimchi monet eſſe formæ* מָוֶת, *& dicendum* שָׁוֶא, *ſed ultima vocalis correpta in* Sceva, *ut in* חֵטְא péccatum, *pro* חֵטֶא: *Hactenus Buxtorfius: Vide, quæ ſequuntur*.

שְׁוָא Sceva, *& juxta Vulg.* Siva, *&* Sue, *nom. propr. virorum*, 2. Sam. 20. v. 25., 1. Paral. 2. v. 49.

שׁוֹא: *Inde* בְּשׁוֹא *vide ſupra pag. 799. Sed* שֹׁאִים *cum affix. vide ſupra poſt* שָׁאָה *pag. 1496.*

שׁוֹאָה *f.* Deſolatio, *&c. vide poſt* שָׁאָה *pag. 1496.*

שׁוּב Reverti, redire, convertere ſe, converti: avertere ſe, *vel* averti, recedere, retroagi, *pro diverſa ſtructura. Conſtruitur abſolutè, & cum Præpoſitione* מִן, אֶל, ל, אַחֲרֵי, *vel* מֵאַחֲרֵי, *quibus* motus *vel ad aliquem, vel ab aliquo ſignificatur. Sæpe etiam tranſitivum eſt*, reſtituit, reduxit, redire fecit. *Sunt &, qui interdum pro* quietum eſſe, requieſcere *exponant, ut* Pſal. 23. v. 6., Numer. 10. verſ. 6., *Ante aliud verbum continuo poſitum ſignificat* iterationem *actionis, quæ illo verbo exprimitur, & per* rurſus, rurſum, *aut* denuo *explicari poteſt. Id fit vel ſimpliciter, vel intercedente copula* Vau. *Vide* Dan. 9. v. 25., Zach. 5. v. 1., *&* 6. v. 1., Pſalm. 85. v. 7., *hucuſque Buxtorfius. Aliud* שׂוּב, *cum puncto ſcil. ſupra* ש *à latere ſiniſtro, quodque ſignificat* caneſcere, incaneſcere, *vide infra ſuo loco. Præt.* שָׁב לִמְקֹמוֹ reverſus eſt in locum ſuum, Gen. 18. v. 33., שָׁב אֶת־שְׁבִית אִיּוֹב, Job. 42. verſ. 10., reſtituit captivitatem Jobi; *Vulg. vertit*, (Dominus) converſus eſt ad pœnitentiam Jobi: וְשָׁב & reverſus eſt, rediit, Exod. 33. v. 11., וְשָׁב מֵאַחֲרֶיךָ, Deut. 23. v. 15.,

 & aver-

& avertatur de poſt te, *id eſt* deſerat te: וְשָׁב אֶת־שְׁבוּתְךָ & reducet captivitatem tuam: *Fœm.* שָׁבָה rediit, reverſa eſt, Exod. 4. v. 7., Ruth. 1. v. 15., וְשָׁבָה, Levit. 22. verſ. 13., *& ex Chaldeiſmo* וְשָׁבַת, Ezech. 46. v. 17., & revertatur, revertetur, redibit: *Item cum præfix. relativo* ה *pro* אֲשֶׁר, *uti quibuſdam videtur*, הַשָּׁבָה quæ reverſa fuit, Ruth. 1. v. 22., 2. v. 6., 4. v. 3., שַׁבְתָּ reduxiſti., Pſalm. 85. v. 2., וְשַׁבְתָּ & reverſus fueris, reverteris, Deut. 4. v. 30., 30. v. 2., וְשַׁבְתָּ וְכִסִּיתָ, Deuter. 23. v. 14., & reverteris, & cooperies, *id eſt*, *ut quidam exponunt*, iterum cooperies, *effoſſum humum denuo injicies*, *ſive* ſemel, & iterum, bene *ſcil.* teges; *Vulg. ſenſum expreſſit*: שַׁבְתִּי verti me, Eccleſ. 9. v. 11., reverſus ſum, Zach. 1. v. 16., 8. vv. 3. 15., וְשַׁבְתִּי reverſus ero, fuero, Geneſ. 28. v. 21., *item* reducam, convertam, Jerem. 30. verſ. 3., 48. verſ. 47., Ezech. 16. verſ. 53., 29. v. 14., Amoſ. 9. v. 14., וְשַׁבְתִּי בְּבֵית־יְהוָה, Pſalm. 23. v. 6., & quietus ero in domo Domini; *LXX. verterunt*, καὶ τὸ κατοικεῖν με & habitare me, *id eſt*, *ut habet etiam Sym.* καὶ ἡ κατοίκησις μοῦ habitatio mea; *Vulg. vertit*, & ut inhabitem in domo Domini. *Plur.* שָׁבוּ reverſi ſunt, Joſ. 2. v. 22., וְשָׁבוּ & revertantur, revertentur, Exod. 13. verſ. 17., *&c.*, שַׁבְתֶּם reverſi eſtis, Numer. 14. v. 23., וְשַׁבְתֶּם & revertemini, Deuter. 3. verſ. 20., שַׁבְנוּ, reverſi ſumus, Geneſ. 43. v. 10. *Partic.* שָׁב שְׁבוּת אָהֳלֵי reducens, convertens captivitatem tabernaculorum, Jerem. 30. v. 18., וָשָׁב & rediens, revertens, 2. Sam. 17. v. 15., וּמִשָּׁב & à redeunte, *id eſt* ut nemo reverteretur, Zach. 7. verſ. 14. *Plur.* שָׁבִים revertentes, 1. Sam. 7. v. 3., Eccleſ. 1. v. 7., *& cum præfix.* הַשָּׁבִים revertentes, Eſdr. 6. v. 21. *Conſtr.* וּלְשָׁבֵי פֶשַׁע, Iſa. 59. verſ. 20., & ad redeuntes ab iniquitate: *Cum affix.* וְשָׁבֶיהָ & revertentes, *ſive* reduces ejus, Iſa. 1. v. 27., *Vulg. active accipit* שָׁב *cum affix.*, *nam vertit*, & reducent eam: *Infinit.* שׁוֹב reverti, revertendo, redeundo, Geneſ. 18. verſ. 10., אִם־שׁוֹב תָּשׁוּבוּ, Joſ. 23. v. 12., ſi avertendo vos averſi fueritis; *ſed* Jerem. 42. v. 10., quieſcendo requieſcetis: *Conſtruct.* שׁוּב reverti, redire, Geneſ. 8. v. 12.,

verſ. 12., עַד־שׁוּב אַף donec recedat; *ſive, juxta Vulg.*, ceſſet ira, Geneſ. 27. v. 45. *Cum præfix.* בְּשׁוּב in revertendo, *ſive* quando revertebatur, 1. Sam. 18. verſ. 6., *item* in reducendo, *ſive* quando reducet, convertet, convertit, Pſalm. 14. v. 7., 53. v. 7., 126. v. 1., בְּשׁוּב־צַדִּיק cum avertit ſe juſtus, Ezech. 18. v. 26., כְּשׁוּב juxta reverti, *id eſt* quomodo revertitur, 2. Sam. 17. v. 3., לָשׁוּב ad revertendum, ut reverterentur, 1. Sam. 29. v. 11., מִשּׁוּב à revertendo, *id eſt* ut non reverteretur, 2. Paralip. 36. verſ. 13. *Cum affix.* עַד שׁוּבִי בְשָׁלוֹם uſque ad reverti me, *id eſt* donec revertar in pace, 2. Paral. 18. verſ. 26., אַחֲרֵי שׁוּבִי poſt reverti, converti me, *id eſt* poſtquam reverſus, converſus fuero, *ſive, juxta Vulgat.* convertiſti me, Jerem. 31. verſ. 19., *&* וְשֻׁבִי, Job. 6. verſ. 29., *ubi Maſſorethæ monent cum aliis legendum* שׁוּבוּ, revertimini, *id eſt, ut multi exponunt*, iterum attendite mihi, iterum diſputate: בְּשׁוּבִי בְשָׁלוֹם in reverti me, *id eſt* cum reverſus fuero in pace, Jud. 8. verſ. 9., בְּשׁוּבִי אֶת־שְׁבוּתָם cum reducam, *ſive* convertam ego captivitatem eorum, Jerem. 31. v. 23., *& ita* Hoſe. 6. v. 11., Soph. 3. v. 20., בְּשׁוּבֵנִי in convertendo me, *id eſt* cum me convertiſſem, Ezech. 47. v. 7., עַד שׁוּבְךָ, Geneſ. 3. verſ. 19., uſque ad reverti te, *id eſt* donec revertaris: כְּשׁוּבְכֶם in reverti vos, cum reverteritis, 2. Paralip. 30. verſ. 9., אַחֲרֵי שׁוּבוֹ poſt reverti, *id eſt* poſtquam reverſus eſt ipſe, Geneſ. 14. v. 17., בְּיוֹם שׁוּבוֹ, Ezech. 33. verſ. 12., in die recedere ipſum, *id eſt* in quacumque die converſus fuerit: בְּשֻׁבוֹ, 2. Sam. 8. v. 13., in reverti ipſum, *id eſt* cum reverteretur: *Et* בְּשׁוּבוֹ, Ezech. 18. verſ. 23., in recedere ipſum, *id eſt* ut recedat ipſe: *Imper.* שׁוּב, Gen. 31. v. 13., redi, reverte; וְשׁוּב מֹל, Joſ. 5. v. 2., & redi, *ſive* revertere, circumcide, *id eſt* ruſſus circumcide: *Nam, ut dictum ab initio eſt*, שׁוּב reverti, *quoties conſtruitur cum alio verbo ſequenti, in* adverbium *tranſit*: שׁוּב מֵחֲרוֹן אַפֶּךָ, Exod. 32. v. 12., recedat, *ſive* quieſcat ab æſtu ira tua: *Et cum* Kibbutz *loco* Surek, שֻׁב revertere, Exod. 4. v. 19., *& cum* ה *paragog.* שׁוּבָה יְהוָה אֶת־שְׁבוּתֵנוּ reduc, *ſive* converte, Domine, ca-

 pti-

ptivitatem noſtram, Pſalm. 126. v. 4., convertere, revertere, Pſalm. 6. v. 5., 90. v. 13., Iſa. 44. verſ. 22., *&* שֻׁבָה revertere, 2. Sam. 15. v. 27., Jerem. 40. v. 5., *& cum affix.* שׁוּבֵנוּ converte, reduc nos, Pſal. 85. v. 5. *Fæm.* שׁוּבִי, Geneſ. 16. v. 9., Ruth. 1. v. 15., *&* שֻׁבִי, Jerem. 31. v. 21., revertere: *Plur.* שׁוּבוּ, *&* שֻׁבוּ revertimini, redite, Geneſ. 43. v. 2., *&c. Fæm.* שֹׁבְנָה revertimini, Ruth. 1. vv. 8. 11. 12. *Futur.* אָשׁוּב revertar, Gen. 18. vv. 10. 14., *item* reducam, Jerem. 33. v. 26., 49. v. 39., Joel. 4. verſ. 1. *Notandum tamen, laudatis in locis Maſſorethas legere quidem* אָשׁוּב, *ſcriptum tamen* אָשִׁוב *ex Hiphil: Et cum* ה *paragog.* אָשׁוּבָה אֶרְעֶה, Geneſ. 30. verſ. 31., revertar, paſcam, *i. e.* iterum paſcam: וָאָשׁוּב & reverſus ſum, *ſive* redii, Nehem. 2. verſ. 15., *item* וָאָשֻׁב & converſus ſum, Zach. 6. v. 1., תָּשׁוּב, Gen. 3. verſ. 19., *&* תָּשֹׁב, Job. 10. verſ. 16., reverteris: וַתָּשָׁב & reverſus es, 1. Reg. 13. verſ. 22., *Fæm.* וּמֵאַחֲרַי לֹא תָשׁוּבִי, Jerem. 3. v. 19., *ſcribitur cum* Vau, *ſed legendum per* Jod, & à poſt me nè avertas te, *ſive* à me ſequendo ne recedas; *optime Vulg. expoſuit*, & poſt me ingredi non ceſſabis: יָשׁוּב, Levit. 13. v. 26., Numer. 8. verſ. 25., revertetur, revertatur: אִם יָשׁוּב וְלֹא יָשׁוּב, Jerem. 8. verſ. 4., ſi convertatur, & non revertetur? *id eſt, ut, apud Buxtorfium, exponunt Kimchi, & R. Salomon*, ſi populus convertatur à malitia ſua, annon convertetur etiam Deus ab ardore iræ ſuæ: *Sed orationi Propheticæ reſpondet magis Vulgat. expoſitio, videl.* & qui averſus eſt, non revertetur? *i. e. an quiſquam tam perverſus, ut, ſi a recta aberraverit via, non revertatur, errorem corrigens: Sed* Job. 39. v. 22., avertitur, avertit ſe, retrocedit: *Item* יָשׁוּב, Job. 39. v. 12., Pſal. 54. v. 7., reddet, reddat; *&* Prov. 12. v. 14., reddetur, retribuetur: *Admonent Maſſorethæ, laudatis in locis* Vau *eſſe loco* Jod *poſitum; & legendum* יָשִׁיב: *item* יָשֹׁב, Pſal. 146. v. 4., Thren. 3. v. 3., revertetur, revertitur: *Item* יָשֹׁב avertatur, Num. 25. v. 4., revertatur, Jud. 7. verſ. 3., *& cum præfix.* הֲיָשׁוּב nunquid revertetur? Jerem. 3. v. 1., וַיָּשָׁב & reverſus eſt, Gen. 22. v. 19., *item* וַיָּשׁוּב, Jerem. 18. v. 28., *ubi Maſſora*

legit

legit וַנָּשָׁב & receſſit, avertit ſe; *& in pauſa* וַיָּשֹׁב & reverſus eſt, 2. Sam. 3. v. 16., עַד אֲשֶׁר־תָּשׁוּב, Geneſ. 27. v. 44., uſque dum, donec recedat (ab ira), *ſive* quieſcat (ira); *item* תָּשָׁב, 1. Reg. 17. v. 21., revertatur: וְתָשֹׁב ut revertatur, *ſive* reſtituatur, redeat; וַתָּשָׁב & reverſa, *ſive* reſtituta eſt, rediit, 1. Reg. 13. v. 6. *Plur.* נָשׁוּב, Exod. 24. v. 14., Numer. 32. verſ. 18., *& cum* ה *paragog.* וְנָשׁוּבָה, Geneſ. 22. verſ. 5., Numer. 14. v. 4., *&* נָשֻׁבָה, Jerem. 46. v. 16., revertemur, revertamur: וַנָּשׁוּב, *& juxta Maſſoram* וַנָּשָׁב, *ſcil. abſque* Vau *in medio*, Nehem. 4. v. 9., & reverſi ſumus: כִּי אִם־שׁוֹב תָּשׁוּבוּ, Joſ. 23. v. 12., quod ſi avertendo averſi fueritis: *Sed* תָּשׁוּבִי, Jerem. 3. v. 19., *non eſt plur.*, *ſed ſingulare*; *nam* Vau *redundat juxta communem ſententiam*; *vide hoc ipſum ſupra expoſitum*: תָּשֻׁבוּ revertemini, Levit. 25. vv. 10. 13., *item* recedetis, *& juxta Vulgat.* reliquiſtis, Joſ. 22. v. 18., וַתָּשֻׁבוּ & converſi, reverſi fuiſtis, Deut. 1. verſ. 45., Jerem. 34. verſ. 15. *Et cum* Nun *paragog.* תְּשׁוּבוּן, 2. Paralip. 7. verſ. 19., *&* תְּשֻׁבוּן, Numer. 32. verſ. 15., *item* תְּשֻׁבוּן, 1. Reg. 9. v. 6., (ſi) averſi fueritis: יָשׁוּבוּ, Geneſ. 15. v. 16., 1. Reg. 22. verſ. 17., *&* יָשֻׁבוּ, Jud. 2. v. 19., revertentur, revertantur, revertebantur: *Et cum* Nun *paragog.* יְשׁוּבוּן, 1. Reg. 8. v. 35., Job. 36. v. 10, *&* יְשֻׁבוּן, Pſalm. 104. v. 9., Iſa. 35. v. 10., convertentur, convertantur: וַיָּשֻׁבוּ & reverſæ ſunt (aquæ), Geneſ. 8. v. 3., *ita etiam ſcriptum occurrit* Num. 11. v. 4., 2. Paral. 34. v. 9. *Sed utrobique Vulg.*, *aliique multi legerunt* יֹשְׁבֵי *ex verbo* יָשַׁב ſedit, habitavit: *Fœm.* וַתְּשֻׁבְנָה & redditæ ſunt, 1. Sam. 7. v. 14., *item* תְּשֻׁבְןָ revertentur, Ezech. 16. v. 55., *& cum* Jod *epenthet.* תְּשֻׁבֶינָה revertimini, Ezech. 16. v. 55. *Pih.* שׁוֹבֵב reverti, redire fecit, convertit, reſtituit, reduxit: *Item* avertit, pervertit, recedere fecit, perverſum reddidit: *Præter. fœm. cum affix.* שׁוֹבְבָתֶךְ, Iſa. 47. v. 10., perverſum reddidit te, *juxta Buxtorfium*; *Alii reddunt*, avertit, *ſive* decepit te: וְשֹׁבַבְתִּי אֶת־יִשְׂרָאֵל, Jerem. 50. v. 19., & faciam ut revertatur, *ſive* & reducam Iſrael: *Cum affix.* וְשׁוֹבַבְתִּיךָ, Ezech. 38. v. 4., *&* וְשֹׁבַבְתִּיךָ, Ezech. 39.

v. 2., & reducam te; *Vulgat. habet*, & circumagam te: *Partic.* מְשׁוֹבֵב reſtituens, Iſa. 58. v. 12. *Infin. cum præfix.* לְשׁוֹבֵב ut reducam, Iſa. 49. v. 5., *item* ad reſtituendum, *ſive, juxta Vulg.*, cum revertatur, Mich. 2. v. 4., *quo in loco variæ ſunt Interpretum ſententiæ: Cum affix.* בְּשׁוֹבְבִי אוֹתָם, Ezech. 39. v. 27., in reducendo me, *id eſt* cum ego reduxero eos: *Futur.* תְּשׁוֹבֵב לָנוּ, Pſalm. 60. verſ. 3., redire facias nobis, *ſcil.* benevolentiam tuam, *ita Buxtorfius: At Pagninus, & alii reddunt*, revertere, *ſive* converte te ad nos, *in miſericordiis tuis: LXX. & Vulg. habent*, miſertus es nobis: נַפְשִׁי יְשׁוֹבֵב, Pſalm. 23. verſ. 3., animam meam reverti facit, *id eſt* recreat, revocat, quietam facit, *ita Buxtorfius: Vulg. Pagninus, & alii habent*, animam meam convertit. *Pyh.* שׁוֹבַב reductus eſt; *item* averſus eſt: *Præter. fœm.* שׁוֹבְבָה הָעָם averſus eſt populus, Jerem. 8. verſ. 5. *Partic. fœm.* אֶל־אֶרֶץ מְשׁוֹבֶבֶת מֵחֶרֶב, Ezech. 38. v. 8., ad terrram reducem à gladio, *id eſt, ut exponunt apud Buxtorfium R. Salomon, & etiam Chaldæus*, ad terram, cujus habitatores reverſi ſunt ex captivitate, in quam deportati erant gladio inimici: *Vulgat., & alii reddunt*, ad terram reverſam, reductam, *ſive* quæ reducta, reverſa eſt à gladio. *Hiph.* הֵשִׁיב redire, reverti fecit, reduxit, reſtituit, reportavit: *Item* recedere fecit, avertit; *& quandoque intranſitive* reverſus, averſus eſt: *Item* reddidit, rependit, retorſit, retudit: *Item* reſpondit, *verba* reddidit, *ſive* retulit: *Præt.* הֵשִׁיב רְכֻשׁוֹ & facultates, *ſive* ſubſtantiam illius reduxit, Geneſ. 14. v. 18., אֹתִי הֵשִׁיב me reſtituit, Geneſ. 41. verſ. 13., הֵשִׁיב אֶת־חֲמָתִי avertit calorem, æſtum, iram meam, Numer. 25. v. 11., לֹא־הֵשִׁיב יָדוֹ, Joſ. 8. v. 26., non reduxit, *vel* retraxit manum ſuam, *id eſt non depoſuit lanceam, quam manu tenebat*: הֵשִׁיב אֱלֹהִים בְּרֹאשָׁם, Jud. 9. v. 57., retorſit Deus in caput eorum; *& juxta Vulg.* retributum eſt: הֵשִׁיב עָלֶיךָ, 2 Sam. 16. v. 8., convertit in te, *ſive* reddidit tibi: וְהֵשִׁיב אֶתְכֶם & reducet vos, Gen. 48. v. 21., וְהֵשִׁיב אֶת־אֲשָׁמוֹ בְּרֹאשׁוֹ, Numer. 5. verſ. 7., & reſtituet reatum, *vel* delictum ſuum in capite ſuo, *id eſt* reſtituet rem, ob quam reus fit in ſumma capitali, *ſive*

שָׁחָה Abjecit, proſtravit, depreſſit, inclinavit, incurvavit ſe : *Aliud* שָׂחָה, *cum puncto ſcilicet ſupra* ש *à latere ſiniſtro, vide poſt hanc radicem* : *Præterit. juxta quoſdam*, שָׁחָה אֶל־מָוֶת בֵּיתָהּ, Proverb. 2. v. 18., inclinat ad mortem domus ejus : *Si hinc eſt, tunc accentum irregulariter habet in penultima* : *ſi eſt à* שׁוּחַ, *vel* שָׁחַח, *tunc eſt diſcrepantia generis. Nam* בית *maſculinum eſt* : *Hactenus Buxtorfius* : *Vide etiam hanc ipſam dictionem in* שׁוּחַ *pag.* 1569. *expoſitam. Imperat. fœminin.* שְׁחִי abjice, incurva te, Iſa. 51. v. 23. *Hiph. Futur. cum affix.* וְיֶשְׁחֲךָ, Mich. 6. v. 14., *à quibuſdam ad hanc radicem* שָׁחָה *refertur, redditurque*, & deprimet, *ſive* humiliabit te; *Aliis tamen cum Buxtorfio eſt nomen, & derivant à* יָשַׁח, *ubi vide pag.* 508. *Item cum affix., &* Nun *Paragog.* יַשְׁחֶנָּה deprimit illud, Prov. 12. v. 25. *Hithp.* הִשְׁתַּחֲוָה procubuit, incurvavit ſe, adorandi, *vel* honoris exhibendi cauſa; *unde Græci* προσκυνεῖν, *Latini Interpretes plures* adorare *exponunt* : *Tertia radicalis mutata eſt in* Vau, *& ſuperadditum aliud* ה. *Sunt, qui putant, hac geminatione tertiæ radicalis geminam* incurvationem *indicari, Corporis & Animi*, latriam *ſcilicet, &* duliam, *quam vocant. Plura* honoris exhibendi *Verba ſunt. Hoc* totius corporis proſtrationem in terram *ſignificat, ex more Orientalium. Conſtruitur cum præpoſitionibus*, לִפְנֵי, ל, עַל, אֶל : *Hactenus Buxtorfius* : *Præter.* וְהִשְׁתַּחֲוָה עַל־מִפְתַּן הַשַּׁעַר, Ezech. 46. v. 2., & incurvavit ſe in limine portæ, *juxta Buxtorfium*; *ſed alii cum Vulgat. propter* Vau *converſ. reddunt*, & adorabit ſuper limen portæ : וְהִשְׁתַּחֲוִיתָ לָהֶם, Deuter. 4. v. 19., & incurvando te honorem exhibeas illis, *ita Buxtorfius* : *At Vulgat. & alii rectius vertunt*, & (ne forte) adores ea : הִשְׁתַּחֲוֵיתִי incurvavi me, *& juxta Vulgat.* oro, 2. Sam. 16. verſ. 4., וְהִשְׁתַּחֲוֵיתִי & incur-

incurvabo me , adorabo , adoravero , 1. Sam. 15. v. 3., 2. Reg. 5. verſ. 18. *Plural.* הִשְׁתַּחֲווּ לָהֶם adoraverunt ea , Jerem. 8. v. 2., וְהִשְׁתַּחֲווּ לִי & adorabunt me , Exod. 11. v. 8., וְהִשְׁתַּחֲוִיתֶם & adorabitis , Exod. 24. v. 1. *Particip.* מִשְׁתַּחֲוֶה בֵּית , 2. Reg. 19. v. 37., incurvans ſe , adorans *in* domo , *ſive in* templo : *Plural.* מִשְׁתַּחֲוִים לִי adorantes me , *ſive* incurvantes ſe ante me , Gen. 37 v. 9. הַמִּשְׁתַּחֲוִים adorantes , Sophon. 1. v. 5. *Sed* מִשְׁתַּחֲוִיתֶם קֵדְמָה לַשָּׁמֶשׁ , Ezech. 8. v. 16., incurvant ſe orientem verſus ipſi ſoli : *Participium eſt anomalum , ex Præterito , & Participio compoſitum . Nam , ut ſcribit Kimchi in Comm. Propheta volebat dicere ,* וְהֵמָּה מִשְׁתַּחֲוִים & ipſi incurvabant ſe : *at aſpectu commotus , ſermonem illicò in interrogationem convertit , volens dicere ,* וְאַתֶּם הִשְׁתַּחֲוִיתֶם voſne incurvatis vos ? *ita apud Buxtorfium : At alii volunt , illud eſſe compoſitum ex Particip. & pronom.* אַתֶּם , *q. d.* incurvant ſe , & vos incurvatis vos : *Vulg. vertit* , & adorabant ad ortum ſolis : *Infinit. cum præfix.* לְהִשְׁתַּחֲוֹת לְךָ , Gen. 37. verſ. 10. , ad adorandum te , *ſive* ut adoremus te , ut incurvemus nos ante te : לְהִשְׁתַּחֲוֹת עָלֶיהָ ut adoretis eum , Levit. 26. v. 1. *Imperat. fæm.* וְהִשְׁתַּחֲוִי־לוֹ , Pſal. 45. v. 12., & incurva te ei , *ſive* & adora eum : *Plural.* הִשְׁתַּחֲווּ incurvate vos , *ſive* adorate , Pſalm. 29. v. 2., 1. Paralip. 16. v. 29. *Futur.* וְאֶשְׁתַּחֲוֶה & adorabo , incurvabo me , 1. Sam. 15. verſ. 25. *Sed* וָאֶשְׁתַּחֲוֶה & adoravi , Geneſ. 24. verſ. 48., לֹא־תִשְׁתַּחֲוֶה לָהֶם non adorabis ea , non incurvabis te ante ea , Exod. 20. v. 5., אֲשֶׁר־יִשְׁתַּחֲוֶה שָׁם , 2. Sam. 15. v. 32., *in* quo adoraturus erat ibi , *id eſt* ubi erat adoraturus : וְלִפְנֵיהֶם יִשְׁתַּחֲוֶה & ante eos incurvabat ſe , 2. Paral. 25. v. 14., וַיִּשְׁתַּחֲוֶה לוֹ & incurvavit ſe illi , 1. Reg. 22. v. 54. *Hinc per Apocopam ſpecialem* , וַיִּשְׁתַּחוּ אָרְצָה & incurvavit ſe pronus in terram uſque , Geneſ. 18. verſ. 2. *pro* וַיִּשְׁתַּחֲוֶה , *ſicut dicitur* וַיַּעַשׂ *pro* וַיַּעֲשֶׂה : *& in pauſa* וַיִּשְׁתָּחוּ & adoravit , Exod. 34. v. 8. *Et ſic in fæm.* וַתִּשְׁתַּחוּ אָרְצָה & incurvavit ſe in terram , *ſive* adoravit ſuper terram , 2. Reg. 4. v. 37. , *& in pauſa* וַתִּשְׁתָּחוּ & adoravit , 2. Sam. 14. v. 4. *Plural.* בֹּאוּ נִשְׁתַּחֲוֶה וְנִכְרָעָה נִבְרְכָה , Pſalm. 95. v. 6., venite , procumbamus , inclinemus caput , flectamus

mus genus, *ubi tria* honorum *verba conjuncta, ita juxta Buxtorſium*; *Pagninus autem vertit*, venite, proſternamur, & incurvemus nos, genu flectamus; *Vulgat. habet*, venite, adoremus, & procidamus, & ploremus: וְלֹא תִשְׁתַּחֲווּ לָהֶם, Joſ. 23. v. 7., & non incurvabitis vos ante illos, *ſive* non adorabitis illos: יִשְׁתַּחֲווּ, Gen. 49. v. 8. *& abjecto* Vau, יִשְׁתַּחֲוֻן Gen. 27. v. 29. adorabunt: וַיִּשְׁתַּחֲווּ & adoraverunt, Gen. 33. v. 7. *Fœm.* וַתִּשְׁתַּחֲוֶיןָ & incurvarunt ſe, Gen. 33. v. 6.

שְׁחוּת *fœm.* Fovea, foſſa, *quaſi locus* depreſſus: *Cum affix.* בִּשְׁחוּתוֹ in foveam ſuam, Proverb. 28. v. 10. *Vulg. nomen hoc derivat à* שָׁחַת: *vertit enim*, in interitu ſuo.

שְׁחִית *fœm.* Fovea, foſſa, *ſicut, inquit Buxtorſius*, שְׁבוּת, *&* שְׁבִית captivitas, *à* שָׁבָה: *Plural. cum affix.* בִּשְׁחִיתוֹתָם in foveis, *ſive* retibus, *id eſt* inſidiis illorum, Thren. 4. v. 20. *ubi Vulg. habet* in peccatis noſtris: מִשְּׁחִיתוֹתָם, Pſal. 107. v. 20., de foveis ipſorum; *Vulgat. reddit* de interitionibus eorum, *ſenſum à* שָׁחַת *derivans*.

הִשְׁתַּחֲוָיָה *fœm.* Incurvatio: *Cum affix.* בְּהִשְׁתַּחֲוָיָתִי, 2. Reg. 5. v. 18., in incurvatione mea, *id eſt*, dum me incurvo: *habet enim uſum Infiniti*: *R. Salomon ſcribit in* Levit. 26. verſ. 1. השחוואה בפשוט ידיים ורגליים היא ואסרה התורה לעשות כך חוץ מן המקדש, *id eſt*, hiſtachavaah fit cum expanſione manuum, & pedum; unde prohibet lex agere ſic extra Sanctuarium: *Hactenus Buxtorſius*.

שָׂחָה Natavit: *Vide mox infra nomen* שָׂחוּ: *Particip. cum Infinit.* הַשֹּׂחֶה לִשְׂחוֹת natator ad natandum, Iſa. 25. v. 11. *Hiph. Futur.* אַשְׂחֶה, Pſalm. 6. v. 7. natare facio, *ſive* faciam, *& juxta Vulgat.* lavabo.

שָׂחוּ Natatio: מֵי שָׂחוּ aquæ natationis, Ezech. 47. v. 5., *id eſt*, quas neceſſe erat natando trajicere, neque amplius propter altitudinem pede tranſiri poterant, *ut exponit R. Salomon*: *Eſtque nomen, ut* אָחוּ *ab* אחה.

שָׁחַח Curvari, incurvari, incurvare ſe, deprimi, dejici: *Convenit cum* שׁוּחַ, *&* שָׁחָה. *Præter. defect.* וְשַׁח רוּם אֲנָשִׁים & deprimetur altitudo hominum, Iſa. 2. v. 11. *Fœmin.* שָׁחָה, Pſalm. 44. v. 26. depreſſa, humiliata eſt: *Aliud vide paullo ante in radice* שָׁחָה: שַׁחוֹתִי curvabam,

Digitized by Google

humiliabam me, & *juxta Vulgat.* humiliabar, Pſalm. 35. v. 14. *item* inclinatus, depreſsus, curvatus ſum, Pſalm. 38. verſ. 7. *Plural.* שַׁחֹוּ, Job. 9. v. 13., depreſsi ſunt, curvantur; & *defect.* שַׁחוּ depreſsi ſunt, *ſive* incurvant ſe, & *juxta Vulgat.* jacebunt, Proverb. 14. v. 19., *item* incurvati ſunt, Habac. 3. v. 6. *Infinit.* שְׁחוֹחַ incurvando, demittendo ſe, *h. e.* incurvi, & ſupplices, *ſive* demiſſo *in terram* vultu, Iſa. 60. v. 14. *Imper. defect.* שְׁחִי deprime te, incurvare, Iſa. 51. v. 23. *Futur.* אַשֹׁוחַח, & יָשׁוֹחַ *vide ſupra in* שׁוּחַ *pag.* 1571. *Sed defective* יָשֹׁחַ incurvat ſe, deprimitur, & *juxta Vulgat.* inclinabit ſe, Pſal. 10. verſ. 10. *Et fœm.* וְתָשִׁיחַ עָלַי נַפְשִׁי, Thren. 3. v. 20. *ubi Maſſorethæ notant*, *legendum* וְתָשׁוֹחַ, & incurvabitur, humiliabitur, *id eſt* tabeſcet in me anima mea: *Plural.* כִּי־יָשֹׁחוּ quando incurvant, *ſive* deprimunt, inclinant, demittunt ſe, *vel juxta Vulg. alioſque* cubant, decumbunt, Job. 38. v. 40., וַיָּשֹׁחוּ & humiliantur, deprimuntur, & *juxta Vulgat.* vexati ſunt, Pſalm. 107. v. 39. *Niph. Futur.* וַיִּשַּׁח אָדָם & incurvatus eſt homo, Iſa. 2. v. 9. וּמֵעָפָר תִּשַּׁח אִמְרָתֵךְ, Iſa. 29. v. 4. *à Buxtorfio redditur*, & de, *ſive* è pulvere demiſsus prodeat ſermo tuus; *Alii vertunt*, & de pulvere humile, *vel* demiſsum erit, *ſive* humiliter egredietur eloquium tuum; *Vulgat. autem habet*, & de humo audietur eloquium tuum: *Plural.* וְיִשַּׁחוּ כָּל־בְּנוֹת הַשִּׁיר, Eccl. 12. v. 4., & deprimentur omnes filiæ cantici, *id eſt*, כָּל־הַשִּׁירִים omnia cantica; & *ſic concilianda diſcrepantia generis inter Verbum maſc. & nomen fœmin.*, *ita Buxtorfius*: *Sed R. Salomon exponit*, omnes cantores, & cantatrices erunt humiles, & viles in oculis ſuis: *Vulg. vertit*, & obſurdeſcent omnes filiæ carminis. *Hiph. Præt.* הֵשַׁח depreſsit, Iſa. 25. verſ. 12. *Hithp. Futur. fœmin.* עָלַי נַפְשִׁי תִּשְׁתּוֹחָח, Pſalm. 42. verſ. 7., in me, *ſive* apud me anima mea dejicit, *vel* deprimit ſe, *q. d.* non poſsum eſse erecto animo; *Vulgat. habet*, ad me ipſum anima mea conturbata eſt: מַה־תִּשְׁתּוֹחֲחִי quid, *ſive* quare dejicis, deprimis te, & *juxta Vulgat.* triſtis es, Pſal. 42. verſ. 6.

שְׁחוֹת *maſc.* Demiſsio, incurvatio: *Kimchi facit nomen formæ* גְּבֹהַּ: *Poteſt & Infinitivus eſſe. Vide ante in ipſo verbo* שָׁחַח.

שַׁח *maſc.* Demiſſus, humilis: וְשַׁח עֵינַיִם & humilem oculis (ſervabit, *ſeu* ſalvum faciet), Job. 22. v. 29.

שָׁחַט Mactavit, jugulavit, *quod fit cultro acutiſſimo per jugulum animalis ducto, & reducto, quos actus Hebræi vocant* הֲלָכָה וַהֲבָאָה abitum, & reditum: *Et metaphor. uſurpatur de* mactatione, *ſeu* occiſione *hominum*: *Aliud* שָׂחַט, *cum puncto ſcilicet ſupra* ש *à latere ſiniſtro, vide infra ſuo loco*: *Præter.* שָׁחַט occidit, *ſive* confodit, jugulavit, Jerem. 39. v. 6., 52. v. 10. וְשָׁחַט אֶת־בֶּן הַבָּקָר, Levit. 1. v. 5., & jugulavit filium bovis, *id eſt* juvencum ſubrumum, *& juxta Vulgat.* vitulum: *Cum affix.* וּשְׁחָטוֹ & jugulabit eum, Levit. 3. v. 2., וְשָׁחַטְתָּ & mactabis, Exod. 29. v. 11. *Plural.* שָׁחֲטוּ jugularunt, occiderunt, 2. Reg. 25. v. 7., וְשָׁחֲטוּ אֹתוֹ & jugulabunt, mactabunt, *ſive* immolabunt eum, Exod. 12. v. 6., וּשְׁחַטְתֶּם בָּזֶה, & mactabitis in iſto, *ſive* ſuper iſtud, 1. Sam. 14. v. 34. *Partic. Benoni* שׁוֹחֵט jugulans, mactans, *ſive* qui immolat, Iſa. 66. v. 3. *Plural. conſtr.* שֹׁחֲטֵי jugulantes, mactantes, Iſa. 57. v. 5. *Partic. Pahul* זָהָב שָׁחוּט, 2. Paralip. 9. vv. 15. 16., *ex* auro expanſo, *ſive* diducto, ducto, *i. e. inquit Buxtorfius*, malleato, ductili, *quod præ bonitate* diduci *poteſt, etiam in fila*; *unde* שָׁחוּט *dictum, Hebræi ſcribunt*, שְׁנִיָּה בְּחוּט quòd netur filo: חֵץ שׁוֹחֵט, Jerem. 9. v. 7. *ubi* Vau *in medio juxta Maſſor. redundat, atque legendum* שָׁחוּט, ſagitta tracta, *ſive* acuta, polita, ducta per cotem; *& juxta Vulg.* ſagitta vulnerans: *Fœmin.* בְּדַם הַצִּפֹּר הַשְּׁחוּטָה in ſanguine paſſeris jugulati, *& juxta Vulgat.* immolati, Levit. 14. v. 51. *item* הַשְּׁחֻטָה, Levit. 14. v. 6. *ſenſus idem ac ſuperior*: *Infinit.* וְשָׁחֹט & jugulando, Iſa. 22. v. 13., לִשְׁחֹט, Gen. 22. v. 10. *&* לִשְׁחוֹט, Ezech. 40. v. 39. ad jugulandum, immolandum: *Cum* ה *paragog.* וְשַׁחֲטָה שֵׂטִים הֶעְמִיקוּ, Hoſe. 5. v. 2., & jugulare, *ſive* mactare declinantes profundarunt, *ſive* in profundum ceciderunt, profunda petunt, *id eſt doloſè, & ex inſidiis agunt, velut auceps, qui humi ſe proſternit, ut aves capiat*: *Alii aliter vertunt*; *locus ſi-*

quidem obſcurus : Vulgat. habet, & victimas declinaſtis in profundum : *Item cum affix. & præfix.* וּבְשַׁחֲטָם אֶת־בְּנֵיהֶם & in jugulando, *ſive* mactando, immolando, *id eſt* cùm jugularent, *ſive* mactarent, immolarent ipſi filios ſuos, Ezech. 23. v. 39. *Imperat. plural.* וְשַׁחֲטוּ & mactate, immolate, Exod. 12. verſ. 21., 2. Paralip. 35. v. 6. *Futur.* לֹא־תִשְׁחַט non jugulabis, *ſive* immolabis, Exod. 34. v. 25. *& fœm.* וַתִּשְׁחֲטִי אֶת־בָּנַי & jugulaſti, immolaſti filios meos; Ezech. 16. v. 21., יִשְׁחַט, Levit. 4. v. 33., *& in pauſa* יִשְׁחָט, Levit. 17. v. 3., jugulat, jugulabit, *ſive* occiderit: וַיִּשְׁחַט, Levit. 9. v. 8. *& in pauſa* וַיִּשְׁחָט, Levit. 8. v. 15. & jugulavit, immolavit : *Item cum affix.* וַיִּשְׁחָטֵהוּ & jugulavit, *ſive* mactavit eum, Levit. 9. v. 15., וַיִּשְׁחָטֵם & occidit, interfecit eos, Num. 14. v. 16., 1. Reg. 18. v. 40. *Plural.* תִּשְׁחָטוּ jugulabitis, mactabitis, Levit. 22. v. 28., יִשְׁחֲטוּ, Levit. 7. v. 2., *& in pauſa* יִשְׁחָטוּ, Ezech. 40. v. 41., jugulabunt, mactabunt, *ſive* immolabunt, *vel* immolabant : וַיִּשְׁחֲטוּ, & jugularunt, occiderunt, Gen. 37. v. 31. *Cum affix.* וַיִּשְׁחָטוּהוּ & jugulabant eum, Jud. 12. v. 6., וַיִּשְׁחָטוּם & jugulaverunt eos, 2. Reg. 10. v. 14. *Niph. Futur.* יִשָּׁחֵט לָהֶם jugulabitur, cædetur pro ipſis, Num. 11. v. 22. *Fœm.* תִּשָּׁחֵט jugulabitur, mactabitur, *ſive* immolabitur, Levit. 6. v. 18.

שָׁחַט : *Inde cum affix.* שְׁחָטוֹ *vide mox ſupra in Præter. verbi* שָׁחַט : *Sed* בְּשַׁחֲטָם *vide ibidem in Infin.*

שַׁחֲטָה *fœm.* Mactatio, *juxta quoſdam : Sed hoc ipſum vide ut ſupra in Infin.*

שׁוֹחֵט, *&* שֹׁחֵט *maſc. Vide ut ſupra in Particip.*

שָׁחוֹט, שָׁחֹט *&c Vide ut ſupra in Infin.*

שָׁחוּט, *&* שָׁוחָט *maſc. Item* שְׁחוּטָה, *&* שְׁחֻטָה *fœm. vide ut ſupra in Particip. Pabul.*

שְׁחִיטָה *fœm.* Jugulatio, mactatio : *Conſtr.* וְהַלְוִיִּם עַל־שְׁחִיטַת הַפְּסָחִים, 2. Paralip. 30. v. 17., & Levitæ inſiſtebant jugulationi, *ſive* mactationi Paſchatum, *vel* dabant operam mactationi agnorum Paſchalium.

שחט Expreſſit, *ſuccum propriè, vel humorem : Futurum*, וָאֶשְׂחַט אוֹתָם & expreſſi eas (in calicem), Geneſ. 40. v. 11.

שַׁחַל *maſc.* Leo *ferox*, *vel immanis*, *mediæ ætatis*, *ut ſcribit Buxtorfius* : *Bocbartus autem putat*, שַׁחַל nigrum *eſſe* leonem, *quem Arabes* adlamon *vocant* : *plura in hanc rem affert* Lib. III. c. I. de animalibus Sacr. Scripturæ : שַׁחַל בַּדָּרֶךְ Leo *ferox eſt* in via, Proverb. 26. v. 13. *Sed* Pſalm. 91. v. 13. τὸ שַׁחַל *veteres Interpretes de quodam* ſerpentis *genere explicant* ; *& quidem Vulgat. vertit* aſpidem : *In pauſa* שַׁאֲגַת אַרְיֵה וְקוֹל שָׁחַל, Job. 4. v. 10., rugitus leonis, & vox leonis, *ita à quibuſdam redditur* : *Multi tamen cum Bocbarto laudato in loco contendunt*, τὸ אריה *ſpeciei totius* leoninæ *nomen* eſſe *ſine ullo reſpectu ad ætatem* ; שַׁחַל *vero ſingularem deſignare ſpeciem* : *Hinc* τὸ שחל *quibuſdam eſt* leo niger ; *aliis* leopardus, *vel* panthera ; *Vulgat. eſt* leæna : *Cum præfix.* כַּשַּׁחַל ſicut leo *ferox*, *ſive* niger, *& juxta Vulgat.* quaſi leæna.

שְׁחֵלֶת *fœm.* Onyx, *ſpecies aromatis*, *quæ ad ſuffitum adhibebatur*, *ſive ut habet Bocbartus*, onix *unum erat ex quatuor aromatibus*, *ex quibus factum fuit ſacrum thymiama*, Exod. 30. verſ. 34.

* **הַשְּׁחָם** *Dictio compoſita*, *quam vide ſupra in* שִׂיחַ *pag.* 1571.

שׁוּחָם Scuchám, *& juxta Vulgat.* Suham, *nom. propr. viri*, Num. 26. v. 42.

שׁוּחָמִי Scuchamí, *& juxta Vulgat.* Suhamitæ, *nom. commune virorum à* Scuchám *oriundorum*, Num. 26. v. 43.

שָׁחַן *Radix Hebræis inuſitata* : *Sed Chald. & Syris eſt*, caluit, incaluit. *Inde nomen Hebr.*, *quod ſequitur*.

שְׁחִין *maſc.* Inflammatio, apoſtema, ulcus, Exod. 9. v. 10., Levit. 13. v. 18. *Cum præfix.* מִפְּנֵי הַשְּׁחִין propter ulcus, Exod. 9. v. 11., בַּשְּׁחִין in ulcere, Levit. 13. v. 20., *&* בִּשְׁחִין ulcere, Deut. 28. v. 27., לִשְׁחִין in ulcus, Exod. 9. verſ. 9.

שָׁחִיס *maſc.* Iſa. 37. v. 30. *ſignificat idem*, *quod* סָחִשׁ, *quod vide pag.* 858.

שָׁחַף *Radix Hebræis inuſitata* : *Chaldæis autem*, *ut notat Joa. Simon*, *eſt*, tabeſcet ; *& Arab.* tenuis, *ac* macer evaſit. *Inde*, *ut eidem Auctori videtur*, *ſunt*

שַׁחַף *maſc.* Aeſalon, *accipitris ſpecies*, *juxta Buxtorfium* : *Aliis cum Vulgato Interpr. eſt* larus, *avis immunda*, *par-*

va,

va , & nigra , quæ videlicet , ut narrat Guarin , habitat juxta aquas , & tam in aqua , quam in terra degit , quæque & fulica *appellatur : Quibuſdam eſt* cephus , *quam , dicit Ariſtophanis Scholiaſtes apud Bochartum , plumarum quidem multum habere , ſed parum carnium , quaſi laboraret* phthiſi , *morbo videlicet , quo corpus* extenuatur , *&* contabeſcit : *Sunt etiam , qui per τὸ* שַׁחַף *intelligant* cuculum , *qui laborat* ſcabie , *&* tuberibus . *Occurrit autem cum præfix.* הַשַּׁחַף , Levit. 11. v. 16., Deut. 14. v. 15.

שְׂחִיף *maſc.* Tectorium , *juxta Buxtorfium , & alios , qui hujuſce nominis ſingularem ſtatuunt radicem aliam* שחף , *quæ apud Rabbinos eſt* , avellere , decorticare : *Inde volunt* שְׂחִיף , *q. d. lignum* decorticatum , *& compoſitum , ſeu aptatum , vel limen ligno ſtratum , ex ligno aptato factum . Aliis vero , qui hoc nomen derivant à præcedenti radice , τὸ* שְׂחִיף *eſt* tenuitas : *Occurrit autem apud* Ezech. 41. v. 16. *ita* שְׂחִיף עֵץ tectorium ligni , *id eſt* ligneum , *vel* tenuitas ligni , *id eſt* lignum tenue , *&* leve ; *Vulgat. reddit* ſtratumque lignum .

שַׁחֶפֶת *fœm.* Tabes , phthiſis , *morbus , ut dictum eſt , quo corpus* extenuatur , *&* contabeſcit : *Cum præfix.* וְהִפְקַדְתִּי עֲלֵיכֶם בֶּהָלָה אֶת־הַשַּׁחֶפֶת , Levit. 26. v. 16., & conſtituam ſuper vos terrorem , tabem ; *Vulgat. vertit* , viſitabo vos velociter in egeſtate : בַּשַּׁחֶפֶת tabe , *ſive , ut habent LXX. & Vulgat.* egeſtate .

שחץ *maſc.* Fera , *juxta Buxtorfium : Quibuſdam aliis cum - - Joa. Simone eſt* elatio , proceritas , *& juxta Kimchium* ſuperbia , *vel* ferocia : בְנֵי־שָׁחַץ , Job. 28. v. 8., filii feræ , *id eſt* feræ juvenes : *Targum reddit* בְּנֵי אַרְיָוָן catuli leonum : *ſic & Talmudici inter* leonum *nomina referunt* שַׁחַץ , *qui per* leonem ferocem *explicari poteſt , ita apud Buxtorfium : Sed alii vertunt* , filii ſuperbiæ , elationis , *ſive* proceritatis , *qui quidem , inquit Joa. Simon , ſunt* animalia procera : *Vulg. habet* , filii inſtitorum : עַל־כָּל־בְּנֵי־שָׁחַץ , Job. 41. v. 26. ſuper omnes filios ſuperbiæ , *ita cum Vulg. vertunt Interpretes fere omnes* .

שַׁחֲצִימָה Sachatzimáh , *& juxta Vulgat.* Seheſima , *nom. propr. civitatis in Tribu Iſſachar* , Joſ. 19. v. 22.

שָׁחַק Contudit, comminuit : *Aliud, cum puncto ſcilicet ſupra* ש *à latere ſiniſtro, vide infra ſuo loco* : וְשָׁחַקְתָּ מִמֶּנָּה הָדֵק & contundes ex eo minutim, Exod. 30. v. 36. *Plural.* אֲבָנִים שָׁחֲקוּ מַיִם lapides comminuunt aquæ, Job. 14. v. 19. *Futur. cum affix.* וְאֶשְׁחָקֵם & attenuabo, comminuam, *& juxta Vulgat.* delebo eos, 2. Sam. 22. v. 43., Pſalm. 18. verſ. 43.

שַׁחַק *maſc.* Pulvis *tenuiſſimus, qui ſcilicet ex* contuſione *oritur, & ſpargitur, ſive* terra attenuata, *&* comminuta : וּכְשַׁחַק מֹאזְנַיִם, Iſa. 40. verſ. 15. & ſicut pulvis ſtateræ; *LXX. autem, & Vulgat. reddunt* & quaſi momentum ſtateræ : *Item* nubes *ſuperior*, tenuiſſima *ſcilicet &* ſubtiliſſima; *& per metonymiam* cælum : *Cum præfix.* כִּי מִי בַּשַּׁחַק quoniam quis in cœlo, *& juxta Vulg.* in nubibus, Pſal. 89. v. 7. וְעֵד בַּשַּׁחַק נֶאֱמָן & teſtis in cælo fidelis, Pſalm. 89. v. 38. *Plural.* שְׁחָקִים *ſuperiores* nubes, Deuter. 33. v. 26., עָבֵי שְׁחָקִים nubes cælorum, Pſalm. 18. verſ. 12., וּשְׁחָקִים & nubes, Proverb. 3. v. 20.; בַּשְּׁחָקִים in cælis, *ſive juxta Vulgat.* in nubibus, Pſalm. 68. v. 35., לִשְׁחָקִים cælos, Job. 37. v. 18.

שָׂחַק Riſit : *Item* luſit, *etiam inſtrumentis muſicis* : *Sæpe conſtructum cum* ב, ל, *&* עַל *ſonat latine*, irriſit, deriſit : *Præterit.* וְשָׂחַק ſive rideat, Prov. 29. v. 9. *Plur.* שָׂחֲקוּ עָלַי rident ſuper me, *id eſt* derident me, Job. 30. v. 1. *Infinit. cum præfix.* בְּשׂחוֹק in ludendo, Jud. 16. v. 27., וְעֵת לִשְׂחוֹק & tempus ridendi, Eccl. 3. v. 4. *Futur.* אֶשְׂחַק אֲלֵיהֶם, Job. 29. verſ. 24. *ſi* ridebam, *ſive* jocabar, ludebam ad illos, *ſive* apud illos, *vel* cum iis, *nonnibil ſcil. detrahens de ſeveritate mea, & me demittens* : *Et in pauſa* אֶשְׂחָק ridebo, Prov. 1. v. 26., תִּשְׂחַק־לָמוֹ deridebis eos, Pſalm. 59. v. 9. *& in pauſa* תִּשְׂחָק ridebis, Job. 5. v. 22., יִשְׂחַק irridet, contemnit, irridebit, Job. 39. v. 22., Pſal. 37. v. 13., *& in pauſa* יִשְׂחָק irridebit, Pſalm. 2. verſ. 4. *Fœmin.* תִּשְׂחַק deridet, Job. 39. v. 18., וַתִּשְׂחַק & ridebit, Proverb. 31. v. 25. *Plural.* יִשְׂחָקוּ ridebunt, Pſalm. 52. v. 8. *Pih.* שִׂחֵק riſit, deriſit : *item* luſit : *Præterit.* וְשִׂחַקְתִּי, & ludam, 2. Sam. 6. v. 21. *Particip.* מְשַׂחֵק ludens, Prov. 26. v. 19., 1. Paralip. 15. v. 29. *Plural.* מְשַׂחֲקִים ludentes,

tes, 2. Sam. 6. v. 5., Jerem. 15. v. 17. *&c. Fœm.* מְשַׂחֶקֶת ludens, Proverb. 8. vv. 30. 31. *Plural.* הַמְשַׂחֲקוֹת ludentes, 1. Sam. 18. v. 7. *Infinit. cum præfix.* לְשַׂחֶק־בּוֹ ad ludendum in eo, Pſalm. 104. v. 26. *ubi Vulgat. vertit* ad illudendum ei: *Futur. cum præfix.* ה *interrog.* הַתְשַׂחֶק־בּוֹ, Job. 40. verſ. 29. nunquid ludes in eo, *ſive juxta Vulgat.* illudes ei? וִישַׂחֶק־לָנוּ & ludat ante nos, Jud. 16. v. 25. *Plural.* יְשַׂחֲקוּ־שָׁם ludent ibi, Job. 40. v. 20., וִישַׂחֲקוּ & ludant, 2. Sam. 2. v. 14. *Hiph. Partic. plural.* מַשְׂחִיקִים עֲלֵיהֶם irridentes eos, 2. Paralip. 30. v. 10.

שְׂחוֹק, *&* שְׂחֹק *maſc.* Ludus, luſus, riſus, deriſio: עַד־יְמַלֵּה שְׂחוֹק פִּיךָ donec impleatur riſu os tuum, Job 8. v. 21., יִמָּלֵא שְׂחוֹק פִּינוּ repletum eſt riſu, *& juxta Vulgat.* gaudio os noſtrum, Pſalm. 126. v. 2., הָיִיתִי שְׂחֹק fui riſus, *& juxta Vulgat.* factus ſum in deriſum, Thren. 3. v. 14. *Cum præfix.* הַשְּׂחֹק deriſio, deriſus, Jerem. 48. verſ. 27., בִּשְׂחֹק in riſu, Proverb. 14. v. 13., לִשְׂחוֹק riſui, Eccl. 2. v. 2., *&* לִשְׂחֹק, Jerem. 48. v. 26., in deriſum: כִּשְׂחוֹק ſicut, *ſive* quaſi riſus, Proverb. 10. verſ. 23., מִשְּׂחוֹק præ riſu, Eccleſ. 7. v. 3. *Vide, quod ſequitur, cum* מ *ſcilicet heemant.*

מִשְׂחָק *maſc.* Riſus, Habac. 1. v. 10.

שָׁחַר Denigratus eſt, nigruit, niger fuit, *vel* factus eſt: *Item diluculò, manè, ſedulò, tempeſtivè, ſtudioſè* quæſivit, perveſtigavit: *quæ quidem poſterior ſignificatio, ut ſcribit Buxtorfius, à nomine* שַׁחַר aurora *dimanat, q. d.* auroravit, diluculavit. *Sed Joa. Simon arbitratur, duas iſtas ſignificationes toto cælo diverſas forſitan quondam in Hebraiſmo florente diverſa litteræ* ח *pronuntiatione diſtinctas fuiſſe. Præterit.* עוֹרִי שָׁחַר cutis mea denigrata eſt, Job. 30. v. 30. *Particip.* שֹׁחֵר qui maturè quærit, *ſive* maturè quærens, Proverb. 11. v. 27. *Pihel* שִׁחֵר ſtudioſe quæſivit, *&* inveſtigavit: *Item* manè fecit, *q. d.* matutinavit, *petito ſenſu à* שַׁחַר, *ut dictum eſt. Præterit. cum affix.* שִׁחֲרוֹ מוּסָר, Proverb. 13. v. 24., ſtudioſè, *ſive* diligenter inquirit eum cum diſciplina, *nè ſcilicet degeneret; Alii exponunt*, manè quærit illi diſciplinam, *ſive* caſtigationem: *Aben Eſra habet*, corriget, *aut* erudiet eum quolibet mane, *quod*

tempus

tempus eſt aptiſſimum erudiendis pueris : *Vulgat. reddit* , inſtanter erudit : וְשַׁחֲרֵנִי & mane quæres me , Job. 7. v. 21. *Plur.* וְשִׁחֲרוּ־אֵל & diluculò quærebant Deum , Pſal. 78. v. 34. *Partic. plur. conſtr.* מְשַׁחֲרֵי diluculò perveſtigantes , *ſive* ſtudioſe quærentes (prædam) , *vel* mane vigilantes (ad prædam) , Job. 24. verſ. 5. *Cum affix.* וּמְשַׁחֲרַי & ſtudioſe quærentes me , *ſive* mane vigilantes ad me , Proverb. 8. v. 17. *Infin. cum præfix.* לְשַׁחֵר ſtudioſe quærendo , Prov. 7. v. 15. *Futur. cum affix.* אֲשַׁחֲרֶךָּ tempeſtive quæram , quæro te , *&* *juxta Vulgat.* ad te de luce vigilo , *&* de manè vigilabo ad te , Pſalm. 63. v. 2. , Iſa. 26. v. 9. , תְּשַׁחֵר (ſi) diluculo quæſiveris , Job. 8. v. 5. *Plural. cum affix.* *&* Nun *paragog.* יְשַׁחֲרֻנְנִי mane quærent , requirent me Proverb. 1. v. 28. , Hoſe. 5. v. 15.

שָׁחֹר *maſc.* Niger , nigrum , nigricans : וְשֵׂעָר שָׁחֹר & pilus nigricans , niger , Levit. 13. vv. 31. 37. *Plur.* סוּסִים שְׁחֹרִים equi nigri , Zach. 6. v. 2. *Et cum præfix.* הַסּוּסִים הַשְּׁחֹרִים equi nigri , Zach. 6. v. 6. *Fœm.* שְׁחוֹרָה nigra , Cant. 1. v. 5. *Plural.* שְׁחוֹרוֹת כָּעוֹרֵב nigræ ut , *vel* quaſi corvus , Cant. 5. verſ. 11.

שַׁחַר *maſc.* Aurora , *dicta* שַׁחַר *à* nigrore , *qui illam comitatur* , *quemadmodum notat Buxtorfius* : *Item* diluculum , mane : יִדַּעְתָּה שַׁחַר מְקֹמוֹ , Job. 38. v. 12 , oſtendiſti , *ſive* indicaſti auroræ locum ſuum , *ita multi cum Vulgat. reddunt* : *Sunt* , *qui arbitrantur* , יָדַע *in Pihel idem valere* , *quod in Hiphil* הוֹדִיעַ ſcire fecit; *vertunt propterea* , feciſti ut ſciret , *id eſt* ut occuparet aurora locum ſuum . *Notant hic etiam Maſſorethæ* , *τὸ* ה *in* יִדַּעְתָּה *cum* שַׁחַר *jungendum* , *ita ſcilicet* הַשַּׁחַר : *Et in pauſa* אָעִירָה שָּׁחַר exurgam diluculo, Pſalm. 57. v. 9. *Cum præfix.* וּכְמוֹ הַשַּׁחַר עָלָה & cum aurora aſcenderet , Gen. 19. verſ. 15. , *&* *in pauſa* הַשָּׁחַר , Gen. 32. v. 25. , diluculum , mane , aurora : בַּשַּׁחַר in aurora , Hoſe. 10. verſ. 15. , כְּשַׁחַר , Hoſe. 6. verſ. 3. , *&* כַּשַּׁחַר , Iſa. 58. v. 8. , quaſi aurora , quaſi diluculum , *ſive* mane : מִשְׁחָר *vide infra ſuo loco* : *Cum affix.* לֹא תֵדְעִי שַׁחְרָהּ , Iſa. 47. v. 11. , non ſcies auroram , *id eſt* exortum ejus .

שִׁחֹר Scichór, *& juxta Vulgat.* Nilus, *nom. propr. fluminis Ægypti celebris*, Iſa. 23. v. 3. *Dictum autem fuit* שִׁחֹר *à* nigrore, *quia ſcilicet aquæ ejus erant turbidæ, ac turbulentæ : Occurrit & cum* Cholem pleno לִשְׁתּוֹת מֵי שִׁחוֹר, Jerem. 2. verſ. 18., ut bibas aquas Scichór, *id eſt* Nili; *Vulg. vertit* aquam turbidam : Nili *ſiquidem* aqua turbida. *Vide infra* שִׁיחוֹר.

שְׁחוֹר *maſc.* Nigredo : חָשַׁךְ מִשְּׁחוֹר תָּאֳרָם, Thren. 4. v. 8., obſcurata eſt præ nigredine, *id eſt* pluſquam nigredo forma eorum : *Vulgat. habet*, denigrata eſt ſuper carbones facies eorum. *Vide ſupra in* שִׁחֹר.

שִׁיחוֹר Scichór, *nom. propr. fluvli, ejuſdem ſcilicet ac* שִׁחֹר, *de quo ſupra :* מִן־שִׁיחוֹר à Scichór, *& juxta Vulgat.* à Sihor, 1. Paralip. 13. v. 5., וּבְשִׁיחוֹר & in Scichór, Joſ. 19. v. 26., מִן־הַשִּׁיחוֹר à Scichór, *& juxta Vulgat.* à fluvio turbido, Joſ. 13. v. 3.

שַׁחֲרוּת *fœm.* Juventus, *q. d.* tempus ætatis matutinum; *Alii arbitrantur*, juventutem *dictam* שַׁחֲרוּת *à* nigris capillis, *oppoſite ad* canitiem : *Occurrit cum præfix.* וְהַשַּׁחֲרוּת & juventus, Eccleſ. 11. verſ. 10. *ubi à Vulgat. redditur* & voluptas.

שְׁחַרְיָה Scecharjáh, *& juxta Vulg.* Sohoria, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 8. v. 26.

שַׁחֲרַיִם Scacharaim *nom. propr. viri*, 1. Paral. 8. v. 8.

מִשְׁחָר *maſc.* Aurora, *& juxta Vulgat.* lucifer, Pſalm. 110. verſ. 3.

שְׁחַרְחֹרֶת *fœm.* Nigra, ſubnigra, fuſca, *& juxta quoſdam* tota nigra, admodum nigra, Cant. 1. v. 6.

שָׁחַת Corrupit, perdidit, peremit, interfecit : *Sed in Kal non occurrit. Niph. præter.* נִשְׁחַת corruptum erat, *& juxta Vulgat.* computruerat, Jerem. 13. v. 7. *item* perditum, diſſipatum eſt, Jerem. 18. verſ. 4. *Fœm. In pauſa* נִשְׁחָתָה corrupta erat, Gen. 6. v. 12. *Particip. fœm. plural.* וְכַעֲלִילוֹתֵיכֶם הַנִּשְׁחָתוֹת & ſecundum actiones veſtras corruptas, perditas, *ſive, ut habet Vulgat.* ſecundum ſcelera veſtra peſſima, Ezech. 20. v. 44. *Futur. fœm.* תִּשָּׁחֵת perdetur, corrumpetur, *ſive juxta Vulgat. alloſque*, corrupta eſt, Exod. 8. v. 20. וַתִּשָּׁחֵת & corrupta eſt, Gen. 6. v. 11.

v. 11. *Pihel* שִׁחֵת, corrupit, perdidit *&c. Præter.* וְשִׁחֵת אַרְצָה, Gen. 38. v. 9., & corrumpebat ſe in, *ſive* ſuper terram, *id eſt, ut habet Vulg.* ſemen fundebat in terram; *Alii vertunt*, ut corrumperet (ſemen effundens) in terram: שִׁחֵת עַמְּךָ, Exod. 32. v. 7., Deuter. 9. v. 12., corrupit, *ſcilicet viam ſuam*, *vel mores ſuos*, populus tuus; *multi vertunt*, perditè, corruptè egit, peccavit: *Sunt*, *qui putant*, *verbum* שִׁחֵת *abſolute poſitum*, *& ſine accuſativo intranſitive ſumendum*, *ſcilicet* corruptus eſt: שִׁחֵת לוֹ, Deuter. 32. v. 5., corruptè egit ſibi, *vel* corrupit ſe, *juxta Buxtorfium*, *& quoſdam alios*: *Multi tamen cum Vulgat.* τὸ לוֹ *referunt ad Deum*; *atque vertunt*, corrupit ſe illi, *id eſt in ignominiam* illi, *ſcilicet* Deo, *vel* contra illum, coram illo; *Vulgat. habet*, peccaverunt ei: שִׁחֵת מִבְצָרָיִךְ perdidit, diſſipavit munitiones tuas, Jerem. 48. v. 18. *Et cum affix.* שִׁחֶתְךָ יִשְׂרָאֵל, Hoſe. 13. v. 9., perdidit te, Iſrael, *h. e. ut quidam apud Polum in* Synopſi Critic. *animadvertunt*, Iſrael ſeipſum perdidit; *ut ſit mutatio perſonæ*, *q. d.* tu es cauſa exitii tui: *Aliis tamen vox hæc eſt nomen*, *redditurque* pernicies, perditio tua, Iſrael: וְשִׁחֲתָהּ, Exod. 21. v. 26., & perdiderit eum, *ſcilicet oculum*; *LXX. vertunt*, καὶ ἐκτυφλώσῃ & excæcaverit; *Vulgat. habet*, & luſcos eos (*oculos*) fecerit: שִׁחַתָּ, *pro* שִׁחַתָּ, perdidiſti, Iſa. 14. verſ. 20., Ezech. 28. v. 17. *Plural.* שִׁחֲתוּ, Jerem. 12. v. 10. perdiderunt; *&* שִׁחֲתוּ, Hoſe. 9. v. 9., corruperunt *ſe*, *id eſt vitæ rationem*, *ſive* perdite egerunt: שִׁחַתֶּם, *pro* שִׁחַתֶּם, corrupiſtis, *id eſt ut habet Vulgat.* irritum feciſtis, Malach. 2. v. 8., וְשִׁחַתֶּם & perdetis, Num. 32. v. 15. *Infinit.* לִפְנֵי שַׁחֵת antequam perderet, deſtrueret, Gen. 13. v. 10. *Cum præfix.* בְּשַׁחֵת in perdere, *i. e.* cum perderet, deſtrueret, Gen. 19. v. 29., לְשַׁחֵת ad perdendum, ut perdam, *ſive* interficiam, Gen. 6. verſ. 17. *Et cum affix.* לְבִלְתִּי שַׁחֲתָהּ nè perderem, diſſiparem eam, Ezech. 22. v. 30., לְשַׁחֲתָהּ ad perdendam illam, *ſive* ut perdamus illam, Gen. 19. v. 13., לְשַׁחֶתְכֶם ad perdendum vos, *ſive* ut diſperdam vos, Ezech. 5. v. 16., מִשַּׁחֲתָם à perdendo, *id eſt* nè perderem, *ſive* nè interficerem eos, Ezech. 20. v. 17. *Imperat. pluralit. in*

pauſa

pauſa וְשַׁחֵתוּ & perdite, deſtruite, diſſipate, Jerem. 5. v. 10 *Hiph. præterit.* הִשְׁחִית corruperat, Gen. 6. v. 12., וְהִשְׁחִית & perdet, Jerem. 36. v. 29., *cum affix.* וְהִשְׁחִיתָהּ *vide infra in Infinit.*, וְהִשְׁחַתִּי, *pro* וְהִשְׁחַתִּי, & perdam, diſperdam, Jerem. 51. v. 20. *Plural.* הִשְׁחִיתוּ perdiderunt, deſtruxerunt, 2. Paralip. 34. v. 11. *item* perdite egerunt, *ſive* corruperunt *ſe*, *vel* vitam ſuam, *& juxta Vulgat.* corrupti ſunt, Pſalm. 14. verſ. 1., וְהִשְׁחַתֶּם & perditè, corruptè agetis, *ſive* ageretis, Deuter. 4. v. 25. *Partic.* מַשְׁחִית, perdens, deſtruens, perditurus eſt, Gen. 19. v. 14. *&c. Aliud vide inter nomina: Et cum præfix.* הַמַּשְׁחִית perdens, *& ſubſtantivè* perditor, percuſsor, Exod. 12. v. 23. *&c. Sed* הַמַּשְׁחִית an perdens, diſperdens? Ezech. 9. v. 8. *Cum affix.* וְהִנְנִי מַשְׁחִיתָם אֶת־הָאָרֶץ & ecce ego perdens, diſperdens eos cum terra, Gen. 6. v. 13. *Plural.* מַשְׁחִיתִים, Iſa. 1. v. 4., *item* מַשְׁחִתִים, Gen. 19. v. 13., *&* מַשְׁחִיתִם, 2. Sam. 20. v. 15., *&* הַמַּשְׁחִיתִם, 1. Sam. 6. v. 5. perditè, corruptè agentes, perdentes, deſtruentes: *Infinit.* לְבִלְתִּי הַשְׁחִית הַכֹּל ad non perdendum, *ſive* ut non perdam, diſperdam totum, Iſa. 65. verſ. 8. *item abſque* Jod, הַשְׁחֵת perditè, corruptè agendo, Deut. 31. v. 29. *Et cum præfix.* וּכְהַשְׁחִית & cum vaſtaret, perderet, *& juxta Vulgat.* cumque percuteretur, 1. Paralip. 21. v. 15., לְהַשְׁחִית ad perdendum, ut perderet, *id eſt* interficeret, 1. Sam. 26. v. 15., מֵהַשְׁחִית à perdendo, *ſive* nè perderet, diſperderet, Pſalm. 106. verſ. 23. *Item cum affix.* הַשְׁחִיתֶךָ perdere te, Deuter. 10. v. 10., לְהַשְׁחִיתֶךָ ad perdendum, ad occidendum te, 2. Paralip. 25. v. 16., לְהַשְׁחִתוֹ ad perdendum, deſtruendum eum, 2. Reg. 18. v. 25., וְהַשְׁחִיתָהּ, 2. Reg. 18. v. 25., Iſa. 36. v. 10. *quibus in locis* Vau *eſt loco* ל, *uti Interpretibus nonnullis videtur, qui propterea vertunt*, ad perdendum eam; *Aliis tamen eſt præter. cum* Vau *converſ.*, *redditurque*, & perdes, deſtrues eam; *Vulgat. habet*, & demolire, diſperde eam: לְהַשְׁחִיתָהּ ad perdendam, deſtruendam, percutiendam eam., 1. Paralip. 21. verſ. 15., Iſa. 36. v. 10., הַשְׁחִיתָם perdere, diſperdere eos, 2. Reg. 13. v. 23., מֵהַשְׁחִיתָם à perdere eos, *id eſt* à perditione eorum, *ſive*, *uti*

multi

Digitized by Google

multi cum Vulgat. vertunt, (neque miſerebor), ut non diſperdam eos, Jerem. 13. v. 14. *Futur.* אַשְׁחִית perdam, deſtruam, delebo, interficiam, Gen. 18. vv. 28. 31. 32. *item cum affix.* וָאַשְׁחִיתֵךְ & perdam, *ſive* interficiam te, Jerem. 15. verſ. 6., אַשְׁחִיתֵם perdam, diſperdam eos, 2. Paral. 12. v. 7., וְלֹא תַשְׁחִית אֵת פְּאַת זְקָנֶךָ, Levit. 19. v. 27., & non perdes, corrumpes angulum, *id eſt* extremitatem barbæ tuæ; *Vulg. habet*, nec radetis barbam: *Et abſque* Jod, אַל־תַּשְׁחֵת ne perdas, diſperdas, Deuter. 9. v. 26. *Ex quo loco deſumta eſt, uti quibuſdam videtur, inſcriptio* Pſalmorum 57. v. 1., 58. v. 1., 59. v. 1., 79. v. 1., *ubi* אַל־תַּשְׁחֵת *materialiter exponendum volunt, q. d.* Pſalmus Al taſcheth, *id eſt* perditionis deprecatorius: *Sunt etiam, qui putant, hæc verba ad* Pſalmi *argumentum non pertinere; ſed eſſe initium carminis, ad cujus tonum* Pſalmus *erat decantandus*: *Vulgat. tamen, Pagninus, aliique vertunt*, nè perdas, diſperdas, corrumpas. *Et cum præfix.* הֲתַשְׁחִית an perdes, delebis? Gen. 18. v. 28. *& fœm.* וַתַּשְׁחִתִי מֵהֵן & perditè, corruptè egiſti præ illis, Ezech. 16. v. 47. *item cum affix.* אַל־תַּשְׁחִיתֵהוּ nè perdas, *ſive* interficias eum, 1. Sam. 26. v. 9., יַשְׁחִית perdet, diſperdet, interficiet, Pſalm. 78. v. 38., Dan. 8. vv. 24. 25., 9. v. 26. *item abſque* Jod, יַשְׁחֵת perdit, corrumpit, corrumpet, Proverb. 11. v. 9., Malach. 3. v. 11., וַיַּשְׁחֵת & perdidit, vaſtavit, 1. Paralip. 20. verſ. 1: *& cum affix.* יַשְׁחִיתֶךָ perdet, abolebit te, Deuter. 4. verſ. 31., וְאַל־יַשְׁחִיתֶךָ & ne perdat, interficiat te, 2. Paral. 35. v. 21. *Et fœm.* וַתַּשְׁחֵת & corrupit, *ſive* depravavit, Ezech. 23. v. 11. *& cum affix.* וַתַּשְׁחִיתֵם & diſperdidit eos, Pſalm. 78. v. 45. *Plural. cum* ה *paragog.* נַשְׁחִיתָה עֵץ בְּלַחְמוֹ, Jerem. 11. v. 19., & corrumpamus ligno, *toxico nempe*, panem ejus, *ſive juxta alios*, perdamus ligno (*venenato ſcilicet*), panem ejus: *LXX. & Vulgat. pro* נַשְׁחִיתָה *legerunt* נָשִׁיתָה ponamus, *à* שׁוּת poſuit: וְנַשְׁחִיתָה & perdemus, diſſipemus, Jerem. 6. v. 5., יַשְׁחִיתוּ perdent, interficient, Iſa. 11. verſ. 9., וַיַּשְׁחִיתוּ, Jud. 6. v. 4., *& abſque* Jod, וַיַּשְׁחִתוּ, 2. Sam. 11. v. 1., & perdiderunt, interfecerunt, *ſive* vaſtarunt, vaſtabant: *Cum* Nun *para-*

Digitized by Google

gog. פֶּן־תַּשְׁחִתוּן nè corruptè, perditè agatis, *ſive* nè corrumpatis *vos ipſos, vel vitæ veſtræ rationem*, Deuter. 4. v. 16. *Hoph. Particip.* וּמָקוֹר מָשְׁחָת, Proverb. 25. v. 26., & ſcaturigo, *ſive* vena corrupta; *Maſſora notat, duo eſſe cum* Kametz : *ergo, infert Buxtorfius, hoc alterum apud* Malach. 1. v. 14. וְזֹבֵחַ מָשְׁחָת & ſacrificat, immolat corruptum, *ſive* debile, *quod in pleriſque exemplaribus eſt cum* Pathach, *erit legendum cum* Kametz, *ita ſcilicet* מָשְׁחָת. *Verum hæc Buxtorfii animadverſio non omnibus placet. Vide aliud infra inter nomina.*

שְׁחַת *Chald. ſignificat idem ac* שָׁחַת *Hebr. Unde particip.* - : *Pehil fœm.* וּמִלָּה כִדְבָה וּשְׁחִיתָה atque verbum mendax, & corruptum, Dan. 2. verſ. 9. *Et ſubſtantivè*, וְכָל־עִלָּה וּשְׁחִיתָה & ullam occaſionem, aut corruptelam, *ſive* corruptionem, *id eſt* actionem corruptam, *&* malam (non potuerunt invenire), Dan. 6. v. 5.

שַׁחַת *maſc.* Corruptio, fovea : *cum præfix. & affix. vide ſupra poſt* שׁוּחַ *inter nomina pag.* 1570.

שְׁחוּת *fœminin.* Fovea, *&c. Vide ſupra poſt* שָׁחָה *inter nomina.*

שְׁחִית *fœm. Vide ut ſupra poſt* שָׁחָה : *Vide etiam multa in verbo* שָׁחַת.

מַשְׁחִית *maſc.* Corrumpens, perdens; *& ſubſtantivè*, corruptio, perditio, internecio, exitium : הִצִּיבוּ מַשְׁחִית, Jerem. 5. v. 26., ſtatuerunt perditionem, *ſive* exterminationem, *vel juxta Pagninum, alioſque* laqueum, *inſtrumentum ſcilicet* perditionis; *Vulgat. reddit* pedicas : *Vide ſupra in Hiph. verbi* שָׁחַת : *Cum præfix.* מִימִין לְהַר־הַמַּשְׁחִית, 2. Reg. 23. verſ. 13., à dextera montis corruptionis, *ſive* perditionis, *& juxta Vulg.* offenſionis, *id eſt* montis oliveti, *ut quidam arbitrantur* : מַשְׁחִית *autem appellatum volunt ob ædificium illic erectum ad idola colenda* : לְמַשְׁחִית ad perditionem, *ſive* internecionem, Exod. 12. v. 13.

מַשְׁחֵת *maſc.* Perditio, *&c. Cum affix.* וְאִישׁ כְּלִי מַשְׁחֵתוֹ בְּיָדוֹ, Ezech. 9. v. 1., & quiſque *habebat* inſtrumentum perditionis ſuæ, *id eſt* lethiferum in manu ſua.

מָשְׁחָת *maſc.* Corruptum, *ut antè in Hophal* : *Item*, corruptio, corruptela : *Cum affix.* מָשְׁחָתָם corruptio eorum, Levit.

Digitized by Google

Levitic. 22. verſ. 25. *Maſſora notat, duo eſſe in duplici ſignificatione : alterum vide in* משח *pag.* 676. 677. *ubi* מ *radicale eſt*.

מִשְׁחַת *maſc.* Corruptus : מִשְׁחַת מֵאִישׁ מַרְאֵהוּ, Iſa. 52. v. 14. corruptus eſt præ viro aſpectus ejus, *id eſt*, non amplius virilem, *aut* humanam ſpeciem habet, *ita Buxtorfius, aliique : Vulgat. reddit*, inglorius erit inter viros aſpectus ejus.

שׂטה Declinavit : *Præter. fœm.* וְאִם־לֹא שָׂטִית טֻמְאָה תַּחַת אִישֵׁךְ, Num. 5. v. 19., & ſi non declinaſti ad immunditiam, *ſive* immunditie ſub viro tuo, *h. e.* contemto marito tuo, *ſive* poſtquam nupta fueris; *nam nupta* ſub marito *eſſe dicitur*, Rom. 7. v. 2. *Imperat.* שְׂטֵה מֵעָלָיו declina ab ea, Proverb. 4. v. 15. *Futur. per Apocopen*, אַל יֵשְׂטְ ne declinet, Proverb. 7. v. 25. *Fœm.* כִּי־תִשְׂטֶה אִשְׁתּוֹ, Num. 5. verſ. 12., cum declinaverit uxor ejus, *à via ſcilicet pudicitiæ, à recto tramite ; Vulgat. vertit* (vir), cujus uxor erraverit : אֲשֶׁר תִּשְׂטֶה אִשָּׁה תַּחַת אִישָׁהּ; Num. 5. v. 29., cum declinaverit uxor ſub viro ſuo, *id eſt* à viro ſuo.

שֵׂטֶה *maſc.* Declinans, *& eſt loco participii : Item ſubſtantivè*, declinatio, deflexio : *Sed* שְׁטָה *cum puncto ſupra* ש *à latere dextero vide infra in* שטט : *Plural. cum* Samech *loco* Sin, עֲשֹׂה־סֵטִים שָׂנֵאתִי, Pſalm. 101. v. 3., facere, *id eſt* factum, opus declinantium odi; *Vulgat. cum aliis vertit*, facientes prævaricationes odivi : שֵׂטִים declinantes, Hoſe. 5. v. 2. *Aliud cum puncto ſupra* ש *à latere dextero vide infra poſt* שטט : *Conſtr.* אֶל־רְהָבִים וְשָׂטֵי כָזָב, Pſal. 40. verſ. 5., ad ſuperbos, & declinantes, *ſive* ad eos, qui declinant ad mendacium; *Vulgat. habet* in vanitates, & inſanias falſas; *ita & LXX. verterunt* καὶ μανίας ψευδεῖς; *legiſſe propterea videntur* שָׁטֵי, *cum puncto ſcilicet ſupra* ש *à latere dextro, à* שְׁטָה *Chald., quod ſignificat* ſtulteſcere, inſanire.

שִׁטָּה *maſc. & plural.* שִׁטִּים *Vide infra poſt* שָׁטַט, *ſcilicet pag. quæ ſequitur*, 1618. 1619.

שָׁט *m.* Remex, qui remos agit : *Et inde plur.* שָׁטִים remiges. *Sed vide ſupra in* שׁוּט *pag.* 1572. 1573.

שׁמח Expandit : *Præter. plural. cum affix.* וּשְׁטָחוּם & expandent ea , Jerem. 8. v. 2. *Particip.* שֹׁטֵחַ לַגּוֹיִם , Job. 12. verſ. 23., expandens gentes ; *Sed LXX., aliique Veteres ſunt interpretati* , καταςρωννύων ἔθνη ſternens , proſternens , diſſipans gentes : *Infinit.* שָׁטוֹחַ expandendo , Num. 11. v. 32. *Futur. fœm.* וַתִּשְׁטַח עָלָיו הָרִפוֹת , 2. Sam. 17. verſ. 19., & expandit ſuper eum contuſa grana , *vel* hordeum , *ſive* triticum contuſum ; *Vulgat. vertit* , quaſi ſiccans ptiſanas : *Plural.* וַיִּשְׁטְחוּ לָהֶם שָׁטוֹחַ & expanderunt eos ſibi expandendo , *nempe* ad ſiccandum , Num. 11. v. 32. *Pih. Præter.* שִׁטַּחְתִּי אֵלֶיךָ כַפָּי expandi ad te manus meas , Pſalm. 88. v. 10.

מִשְׁטָח *maſc.* Expanſio : *Conſtr.* מִשְׁטַח חֲרָמִים expanſio , *&* *juxta LXX.* ψυγμὸς ſiccatio ſagenarum , Ezech. 26. vv. 5. 14.

מִשְׁטוֹחַ *maſc. Idem* , Ezech. 47. v. 10.

שׁמט *Radix Hebræis inuſitata : Nam nom.* שֹׁטֵט , *& Partic. plur. in Pih.* מְשׁוֹטְטִם , מְשׁוֹטְטוֹת *cum Imper.* , & *Futur. ejuſdem formæ ; item Imperat. plural. in Hithpah.* הִתְשׁוֹטַטְנָה *ſpectant ad* שׁוּט , *ubi vide pag.* 1572. 1573. *Sed* שָׁטַט , *de quo modò fit ſermo* , *Arabibus* , *Joa. Simon. auctore* , *ſonat* , longus , recta ſtatura fuit . *Inde* , *ut plerisque videtur* , *ſunt* , *quæ ſequuntur* , *Hebræa nomina*

שִׁטָּה *maſc.* Cedrus , *aut ejus lectiſſima quædam ſpecies* , *juxta Buxtorfium* , *& quoſdam alios ; dicta* שִׁטָּה *propter ejuſdem* longitudinem , *&* proceritatem . *At non Vulgat. Interpreti tantum* , *ſed & Bocharto* , *Salmaſio* , *&c.* τὸ שִׁטָּה *eſt* acacia , *ſive* ſpina *arabica* , *arbor ſcilicet in heremo naſcens* , *cujus lignum imputribile* , *& omnium lignorum læviſſimum eſt* , *robore* , *ſoliditate* , *nitore* , *& pulchritudine cætera facile ſuperans* : אֶתֵּן בַּמִּדְבָּר אֶרֶז שִׁטָּה , Iſa. 41. verſ. 19., *quidam vertunt* , dabo in deſerto cedrum Scittæ , *vel* Scitta ; *Vulgat. aliique habent* , dabo in ſolitudinem cedrum , & ſpinam : *Plural.* עֲצֵי שִׁטִּים ligna cedrorum , *ſive* acaciarum , *vel* ſpinarum , *& juxta Vulg.* ligna Setim , Exod. 25. verſ. 5. *Sed* שֹׁטִים *vide ſupra in* שׁוּט *pag.* 1573. *Vide etiam* , *quod hic ſequitur* .

שִׁטִּים Scittím, & juxta Vulgat. Settim, Setim, nom. propr. loci in campeſtribus Moab, non procul ab Jordane, & Phogor monte: Occurrit cum præfix. בַּשִּׁטִּים in Scittím, Num. 25. verſ. 1., מִן־הַשִּׁטִּים de Scittím, Joſ. 2. verſ. 1. Item nom. propr. torrentis, ut Joel. 4. v. 18., וְהִשְׁקָה אֶת־נַחַל הַשִּׁטִּים & irrigabit torrentem Scittim, ſive juxta Vulgat. torrentem ſpinarum; nam שִׁטָּה, ut dictum eſt, ſpinam ſignificat.

שָׂטַם Odit, odio proſecutus eſt: Futur. cum affix. תִּשְׂטְמֵנִי odio proſequeris me, & juxta Vulgat. adverſaris mihi, Job. 30. v. 21. וַיִּשְׂטֹם עֵשָׂו אֶת־יַעֲקֹב & odio proſecutus eſt Esau Jacobum, Gen. 27. verſ. 41. item cum affix. וַיִּשְׂטְמֵנִי & odio proſecutus eſt, ſive proſequitur me, Job. 16. verſ. 9., יִשְׂטְמֵנוּ odio proſequetur nos, Gen. 50. v. 15. Plural. cum affix. יִשְׂטְמוּנִי odio habent me, ſive adverſantur mihi, Pſalm. 55. verſ. 4., וַיִּשְׂטְמֻהוּ & oderunt eum, ſive juxta Vulgat. inviderunt que illi, Gen. 49. v. 23.

מַשְׂטֵמָה fœm. Odium, infeſtatio; LXX. eſt μανία, id eſt, ut habet etiam Vulgat. amentia, ſtultitia, inſania, Hoſe. 9. vv. 7. 8.

שָׂטַן Adverſarius, infeſtus fuit: Item adverſatus eſt, odio habuit: Particip. Plural. Conſtr. שֹׂטְנֵי נַפְשִׁי adverſantes animæ meæ, Pſalm. 71. v. 13. Cum affix. זֹאת פְּעֻלַּת שֹׂטְנַי מֵאֵת יְהוָה, Pſalm. 109. v. 20., hæc merces adverſantium, ſive adverſariorum meorum à Domino; Vulgat. vertit, hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum: Infinit. cum affix. לְשִׂטְנוֹ ad adverſandum, ſive ut adverſaretur ei, Zach. 3. verſ. 1. Futur. plural. cum affix. יִשְׂטְנוּנִי adverſantur, & juxta Vulgat. detrahebant mihi, Pſalm. 38. v. 21.

שָׂטָן maſc. Adverſarius, ſive homo, ut 1. Sam. 29. v. 4. &c. ſive angelus; atque is quidem quandoque bonus, ut Num. 22. vv. 23. 32., ſæpiſſime vero malus, ſcilicet diabolus, ſalutis hominum adverſarius, qui κατ᾽ ἐξοχὴν ſatan vocatur, ut Job. 1. verſ. 6. Cum præfix. הַשָּׂטָן adverſarius, ſatan, Job. 1. verſ. 6. &c. לְשָׂטָן in adverſarium, in ſatan, 2. Sam. 19. v. 23.

Digitized by Google

שִׂטְנָה *fœm.* Adverſatio, odium, inimicitia, *& ſic ab eventu vocatus fuit fons, ſive puteus quidam, cujus ſit mentio,* Gen. 26. verſ. 21. *Item τὸ* שִׂטְנָה *eſt* accuſatio, criminatio, Eſdr. 4. v. 6.

שָׁטַף Exnndavit, inundavit: *Dicitur autem tam de* aqua exundante, *quam de eo, qui aliquid* aquæ immergit, *&* ſubmergit, *ut* inundetur, *ſicque* abluatnr: *Unde* שָׁטַף *ſonat etiam* immerſit, ſubmerſit, immergendo abluit. *Sed & metaphoricè ſignificat*, redundavit, *ut* Iſa. 10. v. 22. *item* cum impetu cucurrit, præceps fuit, *ſive* ruit, *ut* Jerem. 8. v. 6. *Præter.* וְיָדָיו לֹא־שָׁטַף בַּמָּיִם, Levit. 15. v. 11., & manus ſuas non immerſit in aquas, *id eſt* immergendo non abluit: שָׁטַף וְעָבַר inundabit, & tranſibit, Iſa. 8. v. 8. *& fœm.* שָׁטְפָה; *inde cum affix.* שְׁטָפָתְנִי inundavit, *ſive* ſubmerſit, demerſit me, Pſalm. 69. v. 3. *Plural. cum affix.* אֲזַי הַמַּיִם שְׁטָפוּנוּ, Pſalm. 124. v. 4., tunc aquæ inundaſſent, *ſive* ſubmerſiſſent nos: *Particip.* שׁוֹטֵף inundans, Iſa. 10. v. 22., כְּסוּס שׁוֹטֵף בַּמִּלְחָמָה, Jerem. 8. v. 6., ſicut equus cum impetu currens, *ſive* præceps ruens in prælium: *Et cum præfix.* הַשּׁוֹטֵף inundans, *vel* exundans, *& juxta Vulgat.* qui fluebat, 2. Paral. 32. verſ. 4. *Plural.* שֹׁטְפִים inundantes, Iſa. 28. v. 2. *Futur.* וָאֶשְׁטֹף דָּמַיִךְ מֵעָלָיִךְ, Ezech. 16. v. 9., & inundarem ſanguinem tuum à te, *id eſt* inundando eluerem, *ita reddit Buxtorfius; Alii habent*, & immergendo ablui, *ſive* emundavi ſanguinem tuum ex te: וְחֵילוֹ יִשְׁטוֹף, Dan. 11. v. 26., & exercitum ejus inundabit, *ſive, ut alii habent*, & exercitus ejus obruetur, *vel* inundatione peribit; *Vulgat. vertit*, exercitusque ejus opprimetur: וַיִּשְׁטֹף & immerſit, *ſive* immergendo abluit, 1. Reg 22. v. 38. *Et fœm. cum affix.* אַל־תִּשְׁטְפֵנִי ne inundet me, *& juxta Vulg.* non me demergat, Pſalm. 69. v. 16. *Plural.* יִשְׁטְפוּ, Jerem. 47. verſ. 2., *& in pauſa* יִשְׁטֹפוּ, Pſalm. 78. v. 20., inundabunt, inundabant: *item cum affix.* יִשְׁטְפוּךָ inundabunt; ſubmergent, *& juxta Vulgat.* operient te, Iſa. 43. v. 2., יִשְׁטְפוּהָ inundabunt, ſubmergent eam, Cant. 8. v. 7. *Niph. futur.* יִשָּׁטֵף בַּמָּיִם immergetur in aqua, *ſive* immergendo abluetur aqua: *Plural.* הַשֶּׁטֶף יִשָּׁטְפוּ inundatio-

ne inundabuntur, perfundentur, *vel* obruentur, Dan. 11. v. 22. *Pyh. Præter.* וְשָׁטַף בַּמָּיִם & immergetur in aquam, *ſive* immergendo abluetur aqua, Levit. 6. v. 21.

שֶׁטֶף, *&* שֵׁטֶף *maſc.* Inundatio, exundatio: *Item metaphoricè ſumitur pro* periculo, *ſcilicet* magno, excidio, *ſive* vaſtitate: וְשֶׁטֶף & inundatio, *Vulgat. habet* erumpens, Proverb. 27. verſ. 4., בַשֶּׁטֶף in inundatione, *id eſt* in vaſtitate, *ut exponit Vulgat* Dan. 9. v. 26., לַשֶּׁטֶף inundationi, *& juxta Vulgat.* vehementiſſimo imbri, Job. 38. verſ. 25.

שטר *Radix Hebræis inuſitata: Chaldæis autem* שְׁטַר *ſonat* dominatus, dominium; *Arab.* præfuit ut inſpector: *Inde juxta quoſdam participium, vel, ut alii cum Buxtorfio volunt, nomen Hebr. quod ſequitur.*

שֹׁטֵר *maſc.* Præfectus, moderator, magiſter, doctor, dux, inſpector, curator *negotiorum publicorum. Sæpè conjungitur nomini* שֹׁפֵט judex: *Unde ſcribunt Hebræi*, שֹׁפֵט *eſſe, qui ſimpliciter* judicat, *& ſententiam pronuntiat*; שׁוֹטֵר executorem, *qui* judicatum *exequitur, & refractarios cogit obedire ſententiæ* judicis. *Majmon. in princip. Sanhedrin ita ſcribit:* שופטים אלו הדיינים הקבועים בבית דין : שטרים אלו בעלי מקל ורצועה והם עומדים לפני הדיינים וכו, *id eſt* Scophetim ſunt ipſi judices fixi in domo judicii: Scoterim ſunt geſtantes virgam, & lorum, ſtantes coram judicibus, circumeuntes per urbem, omnia ordinantes juxta decretum judicum. Hoc etiam faciebant נֹגְשִׂים exactores, quorum tamen officium latius extendebatur: *hactenus apud Buxtorfium.* שֹׁטֵר וּמֹשֵׁל moderator, & dominator, Prov. 6. verſ. 6. *& cum præfix.* הַשּׁוֹטֵר præfectus, inſpector, *& juxta Vulgat.* doctor, 2. Paral. 26. v. 11. *Plural.* שֹׁטְרִים, *& cum præfix.* הַשֹּׁטְרִים moderatores, duces, doctores, magiſtri, Deuter. 1. v. 15., 20. v. 5., לְשֹׁטְרִים moderatoribus, doctoribus, 1. Paralip. 29. v. 29. *Conſtr.* שֹׁטְרֵי præfecti, præpoſiti, Exod. 5. vv. 14. 15. 19., *item* duces, principes, Joſ. 1. v. 10. *Cum affix.* וְשֹׁטְרֵיכֶם & moderatores, *ſive juxta Vulgat.* doctores veſtri, Deuter. 29. v. 5., 31. v. 28., וְאֶת־שֹׁטְרָיו & præfectis, moderatoribus ejus, *vel, ut habet Vulgat.* exactoribus ejus, Exod. 5. v. 6.,

וּלְשֹׁטְרָיו (vocavit) & præfectos, *ſive* moderatores ejus, *Vulgat. reddit*, & magiſtros, Joſ. 23. verſ. 2., וְשֹׁטְרֵיהֶם & moderatores, *ſive* præfecti eorum, 1. Paralipom. 27. verſ. 1.

שְׁטַר *Chald.* Dominatus: וְלִשְׁטַר־חַד & dominatum unum (erexit); Dan. 7. v. 5. *Hebræi legunt per* Sin, *vel* Samech, לְסָטַר ad latus unum (erexit), *ſcilicet regnum*: *Aben Eſra ita exponit*: וּלְצַד אֶחָד הוּקְמָה & ad latus unum erectum eſt: *Hactenus Buxtorfius. Verum, ut notat Joa. Simon, & in Targum, & Syr. legitur* סְטַר latus, *Arab.* Schatton, *Chald. item, & Samar.* צטר, *q. d.* pars parti adverſa, *ſive* oppoſita. *In hunc eumdem ſenſum τὸ* שְׁטַר *acceperunt LXX. Nam habent, καὶ εἰς μέρος ἓν, id eſt* & in parte una.

שִׁטְרַי Scitrái, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 27. v. 29.

מִשְׁטָר *maſc.* Gubernatio, dominatus, *juxta Buxtorfium, ſive, ut habent Joa. Simon, & quidam alii*, præfectura, moderatio: *Cum affix.* אִם־תָּשִׂים מִשְׁטָרוֹ, Job. 38. v. 33., num pones, *vel* diſpones dominatum, *ſive* præfecturam, moderationem ejus? *Vulgat. vertit*, & pones rationem ejus (in terra?)

שׂיא *Vide ſupra ſub rad.* נָשָׂא *pag.* 804.

שׂיג *Vide ſupra poſt* נָשַׂג *pag.* 809.

שִׁיָה Miſsum fecit, dereliquit: *Aliud* שִׂיָה *cum* Jod *ſcilicet ſupra* ש *à latere ſiniſtro, vide infra*: *Futur. fœm.* תֶּשִׁי miſsum facis, *ſive* faciebas, *& juxta Vulgat.* dereliquiſti, Deuter. 32. v. 18.

שַׁי *maſc.* Munus, *q. d.* exæquatio, retributio, *à radice* שָׁוָה æquatus, exequatus eſt: יוֹבִילוּ שַׁי afferant munus, Pſalm. 76. verſ. 12. יוּבַל־שַׁי adducetur munus, Iſa. 18. verſ. 7.

שֵׂיה *c.* Pecus: *Et contracte* שֶׂה: *Conſtr.* שֵׂה; *item cum affix.* שֵׂיֵהוּ, *&c. vide ſupra in* שֶׂה *pag.* 1552.

שִׂיחַ *maſc.* Stirps, frutex, *&c. vide ſupra poſt radicem* שׂוּחַ *pag.* 1571.

שׁיל, שִׁילֹה *Vide infra in* שָׁלָה.

Digitized by Google

שִׁין *maſc.* Urina. *Sunt, qui dictionem hanc derivant à radice inuſitata* שִׁין minxit: *Occurrit in plural. cum affix.* לִשְׁתּוֹת אֶת־שֵׁינֵיהֶם עִמָּכֶם ut bibant urinas ſuas cum vobis, 2. Reg. 18. verſ. 27., Iſa. 36. verſ. 12. *Notat autem hoc in loco Buxtorfius, quod hujuſcemodi vocabulum apud Hebræos in ſermone vulgato obſcœnum eſt: Unde Maſſorethæ honeſtatis cauſa legendum ſubſtituerunt, (ut & Chaldæus tranſtulit)* מֵימֵי רַגְלֵיהֶם aquas pedum ſuorum, *quarum vocum vocales præcedenti dictioni ſubjecerunt, hoc modo*, שֵׁינֵיהֶם.

שֵׁיצִיא *Chald.* Perfecit, abſolvit, conſummavit, finivit: *Inde Præterit. juxta Buxtorfium, vel, ut alii volunt, Particip. Conjug. Pehil* וְשֵׁיצִיא בַּיְתָה דְנָה, Eſdr. 6. v. 15., & perfecta, *ſive* finita, abſoluta eſt domus iſta. *Maſſorethæ contendunt,* א *eſſe ſuperfluum, atque legendum* שֵׁיצִי.

שֶׂכֶר *maſc.* Merces, Proverb. 11. v. 18. *Sed* Iſa. 19. v. 10. *hanc ipſam dictionem* שֶׂכֶר *multi cum Vulg. derivant à* סָכַר clauſit, concluſit, *mutato* ס *in* ש; *atque reddunt* clauſuram,

ram , lacunam , excipulum , *quo aqua* concluditur , *vel* rete , *quo piſces* concluduntur .

שָׂכִיר *maſc.* Mercenarius , mercede conductus , Exod. 22. v. v. 14., Levit. 19 v. 13. *Cum præfix.* כְּשָׂכִיר , Levit. 25. v. 40. *& conſtr.* כִּשְׂכִיר , Levit. 25. v. 53. & ſicut mercenarius : *Cum affix.* וְלִשְׂכִירְךָ & mercenario tuo , Levit. 25. verſ. 6. *Plural. cum affix.* שְׂכִרֶיהָ mercenarii ejus , Jerem. 46. verſ. 21.

שְׂכִירָה *fæm.* Mercenaria , *quæ ſcil. operatur pro* mercede certa , *&* condicta : בְּתַעַר הַשְּׂכִירָה in novacula mercede conducta , *ſive* mercenaria , Iſa. 7. v. 20.

מַשְׂכֹּרֶת *fæm.* Merces , *qua* conducitur : *Cum affix.* מַשְׂכֻּרְתִּי , Gen. 31. vv. 7. 41. merces mea : מַשְׂכֻּרְתֶּךָ , Gen. 29. v. 15., *&* מַשְׂכֻּרְתֵּךְ , Ruth 2. v. 12. merces tua .

שֶׁל *Particula compoſita ex duobus præfixis , ex* ש *videl. , quod idem valet ac* אֲשֶׁר , *&* ל : *Rabbinis autem eſt nota , ſive articulus Genitivi caſus ; quæ quidem particula & ſeparatim (potiſſimum apud Rabbinos) uſurpata legitur , & etiam aliis vocibus præfixa , ut* מִטָּתוֹ־שֶׁלִּשְׁלֹמֹה , Cantic. 3. v. 7. lectus , *ſive* lectulus ejus , (*ſcilicet*) Salomoni , *vel juxta alios* lectulus ejus , qui (*ſcilicet*) Salomoni : *Cum affix.* כַּרְמִי שֶׁלִּי , Cant. 1. v. 6., 8. v. 12., vinea mea , quæ mihi (*eſt*) . *Item* שֶׁלִּי *eſt pronomen primæ perſonæ genitivi caſus . Sed cum præfix.* ב *ſignificat* propter , *ut* בְּשֶׁל אֲשֶׁר propter quod , Eccl. 8. v. 17., *ubi Vulg. reddit* , quanto plus : *Et cum affix.* בְּשֶׁלִּי propter me , Jon. 1. v. 12., בְּשֶׁלְּמִי propter quem , Jon. 1. verſ. 7. , שַׁלָּמָה , Cant. 1. v. 7. , *quibuſdam cum Buxtorfio videtur , idem eſſe ac* בְּשֶׁלָּמָה , *atque reddunt* propter quid ? *Aliis vero τὸ* שַׁלָּמָה *eſt pro* אֲשֶׁר לָמָּה , *propterea vertunt* , nam quare ? *vel* quare enim ? *LXX. habent μήποτε , i. e.* nè fortè , *& Vulgat.* nè : *At hoc* מִשֶּׁלָּנוּ , 2. Reg. 6. verſ. 11. *eſt ex ſimplici* שֶׁ , *&* לָנוּ , *& præpoſitione* מִן , *unde vertendum* ex noſtris .

שֶׁל *Vide infra poſt* שֶׁלָה *inter nomina* .

שַׁלְאֲנָן *maſc. Vide ſupra poſt* שַׁאֲנָן *pag.* 1507.

שִׁלֵּב *Radix in Kal inuſitata . Pihel* שִׁלֵּב inſculpſit , incidit , infixit paxillum , *ſeu* clavum per tranſmiſſuram , prout ſcalis inſculpuntur ligna tranſverſim inducta , per quæ ſcanditur inſtar graduum , *cum ſcil.* duæ tabulæ , *vel* aſſeres conjunguntur per paxillum intermedium : *Hactenus Robertſon : Inde efformatum Partic. Pahul in plural.* שְׁתֵּי יָדוֹת לַקֶּרֶשׁ הָאֶחָד מְשֻׁלָּבֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ , Exod. 26. v. 17. , duæ manus , *i. e.* duo cardines *erunt* aſſeri , *ſive* tabulæ unicuique infixi , *ſive* inſculpti , mulier ad ſororem ſuam , *i. e.* אַחַת אֶל־אֶחָת unus ad alterum , *uti exponitur* Exod. 36. v. 22. , *ut ſenſus ſit , alter alteri ex oppoſito reſpondebit , eique inhærebit : Vulg reddit* , in lateribus tabulæ , duæ incaſtraturæ fient , quibus tabula alteri tabulæ connectatur .

שָׁלָב *maſc. Inde plural.* בֵּין הַשְׁלַבִּים , 1. Reg. 7. vv. 28. 29. , inter prominentias gradatas , *&* ſenſim contractiores , *ita cum Buxtorfio Recentiores non pauci reddunt : Talmudicis* שְׁלִיבוֹת *ſunt* gradus ſcalæ . *Sed & R. David , & R. Salamon ſcribunt , quod* שְׁלַבִּים *ſint* vectes adinſtar graduum ſcalæ : *LXX. autem verterunt* ἀναμέσον τῶν ἐξεχομένων inter juncturas . *Buxtorfius , Joa. Simon , aliique putant , ex hoc nomine* שָׁלָב *efformatum Partic.* מְשֻׁלָּבֹת , *de quo ſupra* .

שָׁלַג Albeſcit , candeſcit inſtar nivis : *Occurrit in Hiph. futur. fœm.* תַּשְׁלֵג , Pſalm. 68. v. 15. albeſcet , alba facta eſt velut nix , *ita cum Pagnino multi : At Buxtorfio , & aliis eſt ſecunda perſona , redditurque* , niveſces , *i. e.* ſicut nix albeſces : *LXX. autem , & Vulgat. habent* , nive dealbabuntur . *Sunt , qui verbum* שָׁלַג *deducunt à nomine* שֶׁלֶג , *quod ſequitur* .

שֶׁלֶג *maſc.* Nix , Job. 24. verſ. 19 , Pſalm. 148. v. 8. *Cum præfix.* בְּיוֹם הַשֶּׁלֶג in die nivis , 2. Sam. 23. verſ. 20. , כַּשֶּׁלֶג , Proverb. 26. v. 1. , *& in pauſa* כַּשָּׁלֶג , Exod. 4. v. 6. , ſicut nix : לַשֶּׁלֶג nivi , Job. 37. v. 6. , מִשֶּׁלֶג præ nive , *ſive* ſuper nivem , Pſalm. 51. v. 9. , *& in pauſa* מִשָּׁלֶג à nive , Prov. 31. v. 21.

שָׁלָה

Digitized by Google

שָׁלָה Tranquillus fuit, quievit : *Item* erravit, errore deceptus eſt. *Joa. Simoni, aliiſque videntur, eſſe diverſa verba, quæ formam, & ſignificationem ſuam permutant : Sunt, qui poſteriorem hujuſce verbi ſenſum*, errandi *ſcil. ex Syro ſermone derivandum putant. Tertia vocalis interdum in* ו *commutatur. Præter.* לֹא שָׁלַוְתִּי, Job. 3. v. 26., non quieſcebam, *ſive* non tranquillus fui; *Vulg. habet*, nonne diſſimulavi ? *Plur.* שָׁלוּ tranquilli ſunt, Jerem. 12. v. 1., Thren. 1. verſ. 5. *Aliud vide infra inter nomina pag.* 1651. *Infin. juxta quoſdam, cum præfix. & affix.* בְּשַׁלְוִי, Pſal. 30. v. 7. dum tranquillus, pacificus eſſem ego; *Vulg. vertit*, in abundantia mea : *hanc ipſum dictionem vide infra inter nomina : Futur. contracte* יֵשֶׁל, *pro* יִשְׁלֶה, *juxta quoſdam, vide ſupra in* נָשַׁל *pag.* 814. *Plur.* יִשְׁלָיוּ, Job. 12. verſ. 6., tranquilla ſunt; *Vulg. reddit*, abundant : יִשְׁלָיוּ אֹהֲבָיִךְ, Pſal. 122. v. 6., tranquilli ſint, *& juxta Pagninum* proſpere agant diligentes te; *Vulg. habet*, & abundantia diligentibus te. *Niph. Futur.* יִשַּׁל *vide infra in* שָׁלַל : *Plur.* אַל־תִּשָּׁלוּ ne erretis, errore decipiamini, in errorem inducamini, *& juxta Vulg.* nolite negligere, 2. Paral. 29. v. 11. *ſed cum affix.* יִשָּׁלֵךְ *vide infra in* שָׁלַל. *Hiph. Futur.* לֹא תַשְׁלֶה אֹתִי, 2. Reg. 4. v. 28., nè errare facias, nè fallas, *vel* errore decipias me.

שְׁלֵה *m. Chald.* quietus, tranquillus, Dan. 4. v. 1., שְׁלֵה *vide infra in* שְׁלוּ *Chald. pag* 1651. *Sed* בְּשֶׁל, שֶׁלִּי, בְּשֶׁלִּי *vide ſupra in* שֶׁל *pag.*1645. בְּשֶׁלִּי *vide infra in nom.* שֶׁלִּי : *Item* שָׁלֵו, *&* שַׁלְוִי, שַׁלְיו, *&c. vide infra inter nomina ſuis propriis in locis.*

שֵׁלָה Scelàh, *nom. propr. viri*, Gen. 38. verſ. 5., 1. Paralip. 4. verſ. 21.

שִׁלֹה Scilóh, Joſ. 18. verſ. 1. *&c. item cum* Vau *in fine loco* ה, שִׁלוֹ Sciló, Pſal. 78. v. 60. *à Vulg. redditur* Silo, *nom. propr. civitatis in Tribu Ephraim. Sed* שִׁילֹה, *quod legitur* Gen. 49. v. 10. *vide infra ſuo proprio loco : Cum præfix.* בְּשִׁלֹה, Joſ. 21. v. 2. *& cum* Jod *in medio* בְּשִׁילֹה, 1. Reg. 2. v. 27. *item cum* Vau *in fine loco* ה, בְּשִׁלוֹ, Jud. 21. v. 19. *& cum* Jod *in medio*, בְּשִׁילוֹ, Jerem. 7. v. 12. in Sciló : מִשִּׁלֹה de Scilóh, 1. Sam. 4. v. 3. *Civitatem hanc fuiſſe*

à Patriarcha Jacobo in celebri, quod morti proximus edidit, oraculo Gen. 49. v. 10. *ſignificatam Rabbini quidam apud Aben Eſram commenti ſunt: Verum pugnant iſti non ſolum cum communi totius Synagogæ ſententia, ut paullo mox erit demonſtrandum, ſed & cum ipſis Hebrææ linguæ principiis. Enim vero ſi civitatem nomine* Scilóh *deſignare voluiſſet S. Auctor, quum fœminini generis illa ſit, profectò non dixiſſet* יָבֹא, *ſed* חָבֹא.

שִׁילֹה *m.* Scilóh. *Quidam abſolutum faciunt* שִׁיל ſecundina, *dicta* שִׁיל *à* שׁוּל traxit, extraxit, *quia illa ex utero* extrahitur: *Hinc metonymicè* fœtus, filius, proles, *ex utero* extracta. *Et cum affix.* ה *loco* Vau, *ut ſæpe*, עַד כִּי־יָבֹא שִׁילֹה, Gen. 49. v. 10., donec veniat filius ejus; filius, *i. e. Meſſias*; ejus, *id eſt Judæ, ex ſtirpe nempe Judæ natus. Aben Eſra, poſt varias vocis* Sciló *explicationes, concludit, dicens: Aut denique* שִׁילֹה *idem eſt, quod* בְּנוֹ filius ejus, *&* ה *eſt loco* ו, *ut in* אָהֳלֹה tabernaculum ejus, *& multis aliis, idque ex ſignificatione verbi in hoc loco*, לֹא תַשְׁלֶה אֹתִי ne parere facito me, 2. Reg. 4. verſ. 28. *id eſt*, לֹא תוֹלִיד ne facias ut pariam liberos, ne des mihi liberos. *Sic Jonathan paraphraſtes Chaldæus*: donec veniat rex Meſsias, parvus filius ejus. *R. Bechai in Com. ſuo in hunc locum ſcribit*: שִׁילֹה בְּנוֹ שֶׁיִּוָּלֵד מִשִּׁלְיַת אִשָּׁה כְּדֶרֶךְ כָּל־הַנּוֹלָדִים Sciló, *id eſt*, filius ejus, qui naſcetur ex ſecundis mulieris, juxta viam omnium, qui naſcuntur: *eſtque vox deſumpta ex ſignificatione vocis* בְּשִׁלְיָתָהּ, Deut. 28. v. 57. *Quod autem potius dicit* שִׁילֹה, *quam* בְּנוֹ, *eo innuit* Jacob, *ſe de* Meſsia *peculiariter loqui, &c. Vel* ה *non eſt Affixum pronomen, & vocatur* Meſsias κατὰ ἐξοχὴν Sciló *quaſi* tranquillus, *&* æternæ tranquillitatis auctor; *aut quod ſingulari modo ex* ſecundis *tantum, ſine viri operatione naſci debebat. Quòd autem veteres Hebræi per* Sciló Meſsiam *intellexerint, docet triplex* Targum, *ſive* Paraphraſis Chaldaica. Onkeli, Jonathanis, & Hieroſolymitana, *in quibus legitur, pro* Sciló, Rex Meſsias. *Tum etiam Talmudici, ex quibus locus adductus eſt ſub radice* נִין *in nom.* מָנוֹן *pag.* 754. *Accedit & antiquiſſimus liber* Bereſcit rabba, *in quo ſcribitur*, שילה זה מלך המשיה Sciló eſt rex

eſt rex Meſsias : *Haſtenus, paucis exceptis, Buxtorfius. Sed & poſteriores Rabbini, per τὸ* שִׁילֹה *fuiſſe* Meſsiam *deſignatum, una voce fere omnes probarunt. Præcipui autem, magni apud Hebræos nominis, auctoritatisque, fuere Raſci, id eſt R. Salomon, Radak, i. e. R. David Kimchi, Abrabanel ſuis in* cap. 49. Gen. commentariis, *&, aliis prætermiſſis, Rab. Iſaacus in libro, cui Hebraicus titulus,* חזוק אמונה, *i. e.* munimen fidei, *adverſus ſcil. Chriſtianos,* cap. XIV. *rejectis quorundam e ſuis hoc de oraculo nugis, duas illas particulas* עַד כִּי *non diviſim, ſed conjunctim eſſe accipiendas, atque reddendum* donec (veniat), *inprimis ſtatuit; dein vocem* שִׁילֹה *exponens addit, quod ipſe eſt* Rex Meſsias : *En ejuſdem verba,* הרצון בו על מלך המשיח. *At Meſsiam hunc Jeſum Chriſtum fuiſſe, omnes Judæi impudenter negant. Eorumdem commenta, quibus Chriſtianæ veritati tenebras offundere pertentant, non dicam refellere, ſed ne recenſere quidem inſtituti ratio patitur. Multi e noſtris hoc ipſum Jacobi vaticinium uni Domino noſtro Jeſu egregie, invicteque vindicarunt. Non prætermittenda antiquiſſima LXX. ſententia : Ita ſiquidem verterunt, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, ſive τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, i. e.* donec veniat ille, cui ſervatum eſt (*regnum*), *vel juxta alia exemplaria,* donec veniant, quæ repoſita ſunt ei : *priorem tamen LXX. lectionem omnium optimam fatetur S. Juſtinus in Dialogo cum Tryphone. Vulgatus Interpres, ut quibuſdam videtur, pro* שִׁילֹה *legit* שִׁילוּחַ, *vel* שָׁלוּחַ *à* שָׁלַח miſit : *Nam vertit, non quidem per participium, ſcil.* miſsus, *ſed per futurum, ita ſcil.* donec veniat, qui mittendus eſt ; *quam quidem verſionem probavit maximè S. Hieronymus. Nec immeritò : Nam quidquid ſit de primæva Hebraici textus lectione, certum eſt, vel ipſos tam veteres, quam recentiores Judæorum Magiſtros in aſsignanda illius vocis* שִׁילֹה *origine, ſive radice, & materiali veluti ſignificatione varios fuiſſe, licet in re per illam ſignificata conſenſerint ſemper : Vulg. itaque, dubiis prætermiſſis, rem ipſam, i. e.* Meſsiam *charactere eidem ſingulari expreſſit : Nam* Meſsias *ſæpiſsime in Scriptura nomine* Miſsi *à Patre fuit deſignatus. Cum præfix.* בְּשִׁילֹה, *&* בְּשִׁילוֹ *vide ſupra in nom.* שִׁלֹה *pag.* 1647.

שַׁלְוָה *f.* Tranquillitas, *juxta Buxtorfium, aliosque*, Pſal. 122. v. 7. *quo in loco à LXX. & Vulgat. redditur* abundantia: שַׁלְוָה *vide infra in nom.* שָׁלֵו; *Cum præfix.* בְּשַׁלְוָה in tranquillitate, in pace, *& juxta multos* in abundantia, Dan. 8. v. 25., 11. vv. 21. 24. *Vide infra ſuo loco* שָׁלֵו: *Conſtr.* וְשַׁלְוַת & tranquillitas, proſperitas, Prov. 1. v. 32. וְשַׁלְוַת הַשְׁקֵט & tranquillitas quietis, *i. e.* quieta, Ezech. 16. v. 49. *ubi Vulg. habet*, & abundantia, & otium: *Cum affix.* בְּשַׁלְוִי in tranquillitate, *& juxta Vulg.* in abundantia mea, Pſal. 30. v. 7. *ubi, uti quibuſdam videtur*, בְשַׁלְוִי *eſt contractum pro* בְּשַׁלְוָתִי; *ſunt tamen, qui hujuſce dictionis abſolutum volunt eſſe* שָׁלֵו: *Plur. cum præfix. & affix.* בְּשַׁלְוֹתַיִךְ, Jerem. 22. v. 21. in tranquillitatibus, *ſive* proſperitatibus tuis; *Vulg. vertit* in abundantia tua.

שְׁלֵוָה *f. Chald.* tranquillitas: *Aliud vide infra in* שָׁלֵו: *Cum præfix. & affix.* לִשְׁלֵוְתָךְ, Dan. 4. v. 24. tranquillitati tuæ; *Vulg. autem ſequutus LXX. verſionem habet* delictis tuis; *Dicendum propterea, aliter illos legiſſe, quam legant recentiores Critici*.

שִׁלְיָה *f.* Secundæ, *vel* ſecundina, *membrana ſcil. illa, qua partus obvolutus utero prodit*. *Dicta autem eſt* שִׁלְיָה *à* tranquillitate fœtus, *quòd ſcil. in illa* ἔμβρυον ſecurè agat, *quemadmodum ſcribit Buxtorfius*: *Sed Joa. Simon, aliique dictionem hanc derivant à* שול traxit, extraxit; *unde* שִׁלְיָה ſecundæ, ſecundina, *quia ex utero* extrahitur. *Occurrit cum præfix. & affix.* וּבְשִׁלְיָתָהּ הַיּוֹצֵת מִבֵּין רַגְלֶיהָ, Deut. 28. v. 57. etiam in ſecundas ipſius, *ſive* ſuas, quæ egrediuntur ab-inter pedes ejus, *i. e.* è *loco, qui eſt inter* pedes ejus, *ita cum Buxtorfio multi*: *Vulg. vertit* & illuvie ſecundarum, quæ egrediuntur de medio feminum ejus.

שָׁלֵו *m.* Tranquillus, pacificus, quietus, Job. 16. v. 12., 20. v. 20., Ezech. 23. v. 42., *Et cum Scevá ab initio, & puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro vide paullo mox proprio ſuo loco*: *Item infra vide eamdem dictionem cum* Jod *ante* Vau *in fine, videl.* שָׁלֵיו: *Plural. conſtr.* וְשַׁלְוֵי עוֹלָם & tranquilli, *ſive* pacati ſeculi, Pſal. 73. v. 12. *ubi LXX. & Vulg. reddunt* abundantes in ſeculo. *Fœm.* וּשְׁלֵוָה & tran-

tranquilla, *ſive juxta Vulg.* fertilis, opulenta, 1. Paral. 4. v. 40., Zachar. 7. v. 7.

שָׁלוּ *f. Chald.* error, *& juxta Vulg. alioſque* culpa, ignorantia, negligentia, querimonia, Dan. 6. v. 5., Eſdr. 4. v. 22., 6. v. 9. *Item cum* ה *in fine*, שָׁלָה error, *& juxta Vulg.* blaſphemia, Dan. 3. v. 29. *ubi Maſſorethæ monent legendum* שָׁלוּ.

שָׁלֵיו *m.* Tranquillus, quietus, Job. 21. verſ. 23. *Et cum* Sceva *ab initio*, שְׁלֵיו tranquillus, quietus, Jerem. 49. verſ. 31.

שְׁלִי *m.* Tranquillitas, *juxta Buxtorfium : at Vulgato, aliisque eſt* deceptio, fraus, dolus : *Occurrit cum præfix. in pauſa*, בַּשֶּׁלִי in fraude, *ſive* dolo, 2. Sam. 3. v. 27.

שַׁל *m.* Error, imprudentia, *& juxta Vulg.* temeritas : *Occurrit cum præfix.* עַל־הַשַּׁל propter errorem, imprudentiam, *& juxta Vulg.* ſuper temeritate, 2. Sam. 6. verſ. 7.

שְׂלָו *f.* Coturnix, Pſal. 105. v. 40. *Eſt autem avis iſta dicta* : שָׁלֵו, *quòd in abundantia frumenti* otioſa, *&* ſecura deſideat, *pinguedine ingrandeſcens. Sunt, qui volunt, à* שָׁלֵו *derivari, etiamſi hoc ſcribatur cum puncto dextero, ita apud Robertſon. Cum præfix.* הַשְּׂלָו Exod. 16. v. 13., Num. 11. v. 32. coturnix. *Plur.* שַׂלְוִים coturnices, Num. 11. verſ. 31.

שַׁלְהֶבֶת *fœm. Inde etiam compoſitum* שַׁלְהֶבֶתְיָה *vide ſupra poſt* לֶהָבָה *pag.* 595.

שָׁלַח Miſit, emiſit, immiſit, præmiſit, remiſit, tranſmiſit, extendit, *maxime cum nomine* יָד. *Conſtruitur cum Accuſ. & Præpoſ.* עַל, אֶל, ל, ב. *Præter.* שָׁלַח מֹשֶׁה עַבְדּוֹ miſit Moſeh ſervum ſuum, Pſal. 105. v. 26., וְשָׁלַח אֶת־יָדוֹ & extendebat manum ſuam, 2. Sam. 15. v. 5. *Cum affix.* שְׁלָחַנִי, Gen. 45. v. 5., Exod. 3. v. 13. *& in pauſa* שְׁלָחָנִי, Num. 16. v. 29. miſit me : שְׁלָחָנוּ miſit nos; 1. Sam. 25. v. 40., שְׁלָחֲךָ, Jerem. 28. v. 15. *& f.* שְׁלָחֵךְ, 1. Sam. 25. v. 32. miſit te : שְׁלָחוֹ miſerat eum, Exod. 4. v. 28. שְׁלָחָם miſit eos, Ezech. 13. v. 6. *Fœm.* שָׁלְחָה miſit, Gen. 38. v. 25. וְשָׁלְחָה יָדָהּ & extenderit manum ſuam, Deut. 25. v. 11. שָׁלַחְתָּ miſiſti, Num. 24. v. 12.

v. 12. פִּיךָ שָׁלַחְתָּ בְרָעָה, Pſal. 50. v. 19. os tuum mittis in malum, *i. e.* maledicis, *juxta quosdam*; *Vulg. vertit*, os tuum abundavit malitia: *Et in pauſa* שָׁלָחְתָּ miſiſti, 1. Sam. 25. verſ. 25. *item cum affix.* שְׁלַחְתַּנִי miſiſti me, Exod. 5. v. 22. שְׁלַחְתָּנוּ miſiſti nos, Num. 13. v. 27., שָׁלַחְתִּי miſi, Gen. 38. v. 23. וְשָׁלַחְתִּי & mittam, Gen. 27. v. 45. *item* extendam (manum meam), Exod. 3. v. 20. *Et cum affix.* שְׁלַחְתִּיךָ miſi te, Exod. 3. v. 12. שְׁלַחְתִּיו miſi eum, Iſa. 55. v. 11. שְׁלַחְתִּים miſi eos, Jerem. 14. v. 14. *Plur.* וּבַבִּזָּה לֹא שָׁלְחוּ אֶת־יָדָם, Eſth. 9. v. 10. & in, *ſive* ad prædam non extenderunt manus ſuas, *i. e.* prædam non ſurripuerunt; *item* miſerunt, Jerem. 14. v. 3. שְׁלַחְתֶּם miſiſtis, Jerem. 42. v. 9., שָׁלַחְנוּ miſimus, Joſ. 6. v. 17. *Sed* שְׁלָחְנוּ *vide ſupra in ſingulari*: *Partic.* שׁוֹלֵחַ, Ezech. 2. v. 3., *& abſque* Vau, שֹׁלֵחַ, Exod. 9. v. 14. *& cum præfix.* הַשֹּׁלֵחַ, 2. Reg. 22. v. 18. mittens: *Cum affix.* מָה־אָשִׁיב שֹׁלְחִי דָּבָר, 2. Sam. 24. v. 13., quem reſpondeam mittenti me, *ſive* ei, qui miſit me, ſermonem: אֲשֶׁר־אָנֹכִי שֹׁלֵחֲךָ ad quod ego mittens te, 1. Sam. 21. v. 3. *Plur.* שֹׁלְחִים, Jerem. 42. v. 6. mittentes: *Cum affix.* לְשֹׁלְחֶיךָ mittentibus te, *ſive* iis, qui miſerunt te, Prov. 22. v. 21. לְשֹׁלְחָיו mittentibus eum, *ſive* his, qui miſerunt eum, Prov. 10. v. 26. *Partic. Pahul* שָׁלוּחַ miſſus, 1. Reg. 14. v. 6. *Fœm.* שְׁלוּחָה (munus) miſſum, Gen. 32. v. 19., *item* שְׁלֻחָה emiſſa, Gen. 49. v. 21. *Infin.* שְׁלֹחַ, Num. 22. v. 37. *&* שָׁלוֹחַ, 2. Paral. 36. v. 15. mittendo: *Conſtr.* שְׁלֹחַ mittere, Num. 22. v. 15. *& quaſi contracte* שְׁלַח extendere, Iſa. 58. verſ. 9. *Cum præfix.* בִּשְׁלֹחַ in mittendo, *ſive* cum mitteret, cum miſiſſet, quando miſit, Pſal. 59. v. 1. *&c.* לִשְׁלֹחַ אֶת־יָדָם, 1. Sam. 22. v. 17. extendere manus ſuas: *item* mittere, ad mittendum, ut mitteret, 2. Sam. 14. v. 29., Ezech. 17. v. 15., מִשְּׁלֹחַ יָדִי à mittendo, *ſive* ut mittam manum meam, 1. Sam. 26. v. 11. *Cum affix.* בִּשָׁלְחִי אֹתָם cum mitterem, *ſive* quando miſi ego eos, Num. 32. verſ. 8. עַד־שָׁלְחֶךָ donec mittas tu, Gen. 38. v. 17. *Imper.* שְׁלַח extende, Exod. 4. v. 4. *item* mitte, Exod. 9. v. 19. *Aliud vide ſupra in Infinit. ſed & cum* ה *paragog.* שָׁלְחָה mitte,

mitte, Gen. 43. v. 8. *& cum affix.* שְׁלָחֵנִי mitte me, Iſa. 6. v. 8. *Plur.* שִׁלְחוּ, Gen. 42. v. 16. *& in pauſa* שְׁלָחוּ, 2. Reg. 2. v. 17. mittite : *Futur.* אֶשְׁלַח, 1. Sam. 9. v. 16.. *& in pauſa* אֶשְׁלָח, Iſa. 42. v. 19. mittam ; *& cum* ה *paragog.* אֶשְׁלְחָה mitterem, 2. Sam. 14. v. 32., וָאֶשְׁלַח, Deut. 2. v. 26. *item cum* ה *paragog.* וָאֶשְׁלְחָה, Gen. 32. v. 6. & miſi, præmiſi : *Cum affix.* וְאֶשְׁלָחֲךָ & mittam te, Gen. 37. v. 13. וְאֶשְׁלָחֵם & mittam eos, Joſ. 18. v. 4., אַל־תִּשְׁלַח יָדְךָ ne extendas manum tuam, Gen. 22. v. 12., אֲשֶׁר־תִּשְׁלַח עִמִּי quem mittes, *ſive* miſſurus es cum me, Exod. 33. v. 12. *& in pauſa* שְׁלַח־נָא בְּיַד־תִּשְׁלָח, Exod. 4. v. 13. mitte, quæſo, per manum (*ejus, quem*) miſſurus es, *nempe Meſsiam, ut Latini Patres ferè omnes interpretantur ; quo propterea in loco deſideratur pronomen* אֲשֶׁר : *Græci verterunt*, προχειρισαι δυνάμενον ἄλλον, ὃν ἀποστελεῖς, *i. e.* elige alium, qui poſſit, quem mittes, *ſive* mitte alium, qui idoneus ſit mitti : *Et cum* Nun *epenthet. atque* ה *paragog.* וְאַל־תִּשְׁלַחְנָה & ne emittas, *ſive, ut habet Vulg* & non emitteris, Abd. 1. v. 13. *Et cum* Vau *converſ.* וַתִּשְׁלַח־לוֹ & miſiſti ei, 2. Paral. 2. v. 2. *Cum affix.* תִּשְׁלָחֵנִי mittas me, Nehem. 2. verſ. 5., תִּשְׁלָחֵנוּ mittes nos, Joſ. 1. v. 16., תְּשַׁלְּחֵם mittes, miſeris eos, 1. Reg. 8. v. 44., יִשְׁלַח extendat, mittat, mittet, Gen. 3. v. 22. *&c.*, וַיִּשְׁלַח & extendit, Gen. 8. verſ. 9., & miſit, Gen. 20. v. 2. *item* emiſit, dimiſit, Gen. 28. v. 5. *cum affix.* וַיִּשְׁלָחֵנִי & miſit me, Gen. 45. v. 7., וַיִּשְׁלָחֲךָ & miſit te, 1. Sam. 15. v. 18., וַיִּשְׁלָחֵהוּ & miſit eum, Gen. 37. verſ. 14. *& cum* Nun *epenthet* יִשְׁלָחֶנּוּ mittet, *ſive* mittebat, miſiſſet eum, 1. Sam. 18. v. 5. וַיִּשְׁלָחֵם & miſit eos, Joſ. 8. v. 3. *Et fœm.* וַתִּשְׁלַח & miſit, Gen. 27. v. 42. *Sed* Jud. 5. v. 26. *idem occurrit cum* Nun *epenthet. &* ה *paragog. ita ſcil.* תִּשְׁלַחְנָה miſit, extendit : *Plur. cum* ה *paragog.* נִשְׁלְחָה mittemus, mittamus, Deut. 1. verſ. 22. *&c.*, וְיָד אַל־תִּשְׁלְחוּ־בוֹ & manum ne extendatis contra eum, Gen. 37. v. 22., *& in pauſa*, תִּשְׁלָחוּ mittetis, Num. 13. verſ. 2., יִשְׁלְחוּ extendant, Pſal. 125. v. 3., וַיִּשְׁלְחוּ & miſerunt, Gen. 19. verſ. 10. *Fem.* תִּשְׁלַחְנָה miſerunt, Ezech. 23. v. 40. *Alia*

 ejuſdem

ejuſdem formæ vide ſupra in ſingulari perſona jam expoſita. *Niph. Infin.* וְנִשְׁלוֹחַ & mittendo, Eſth. 3. v. 13. *Pibel* שִׁלַּח cum cura, *vel* vi miſit, immiſit, dimiſit, emisit, ejecit, expulit, excuſsit: *Præter.* וְלֹא שִׁלַּח אֶת־הָעָם & non dimisit populum, Exod. 8. v. 28., שִׁלַּח הַחוּצָה emiſit foras, Jud. 12. v. 9. *Cum affix.* שִׁלַּחֲךָ dimiſit te, 1. Sam. 20. v. 22., שִׁלְּחוֹ dimiſerat eum, 2. Sam. 3. v. 22., אֲשֶׁר־שִׁלְּחָהּ qui dimiſerit eam, Deut. 24. v. 4., שִׁלְּחָם dimiſit eos, Joſ. 22. v. 7. *Fœm.* שִׁלְּחָה mittit, miſit, Prov. 31. v. 19., *item* extendit, Prov. 31. v. 20., Ezech. 17. v. 7. *item* שִׁלְּחָה emiſit, Ezech. 31. v. 4., שִׁלַּחְתָּ dimiſiſti, 1. Reg. 20. v. 42. *Cum affix.* שִׁלַּחְתָּנִי dimiſiſſes me, Gen. 31. v. 42., וְשִׁלַּחְתַּנִי & dimittes me, 1. Sam. 20. v. 5., שִׁלַּחְתּוֹ dimiſiſti eum, 2. Sam. 3. v. 24., וְשִׁלַּחְתּוֹ & dimittes eum, Ezech. 34. v. 14., וְשִׁלַּחְתָּהּ לְנַפְשָׁהּ & dimittes eam animæ ſuæ, *i. e.* voto, deſiderio ſuo, *Vulg. reddit* liberam, Deut. 21. v. 14. וְשִׁלַּחְתֶּם & mittes ea, Jerem. 27. v. 3., שִׁלַּחְתִּי miſi, Iſa. 43. v. 14. *Cum affix.* וְשִׁלַּחְתִּיךָ & dimittam te, 1. Sam. 9. v. 19., אֲשֶׁר שִׁלַּחְתִּיהָ quo dimiſi eam, Iſa. 50. v. 1. *Plur.* וְאֶת־הָעִיר שִׁלְּחוּ בָאֵשׁ, Jud. 1. v. 8. & urbi immiſerunt ignem, *ſive* & urbem tradiderunt igni; שִׁלְּחוּ לַמֶּלֶךְ miſerunt regi, 2. Paral. 24. v. 23., אֲשֶׁר שִׁלְּחוּ quos dimiſerant, Jerem. 34. v. 11. *Item abſque* Daghesc *in* ל, שִׁלְחוּ בָאֵשׁ מִקְדָּשֶׁךָ, Pſal. 74. v. 7. miſerunt in ignem ſanctuarium tuum, *ſive juxta Pagninum* miſerunt ignem in ſanctuaria tua; *Vulgat. vero, aliique vertunt*, incenderunt igni ſanctuarium tuum: *Et in pauſa* שִׁלֵּחוּ dimiſerunt, Jud. 1. v. 25., miſerunt, immiſerunt, Job. 30 verſ. 11., *item* emiſerunt, *i. e.* excuſſerunt, *&* *juxta Vulg.* ſubverterunt, Job. 30. v. 12. *Cum affix.* עַד־הַגְּבוּל שִׁלְּחוּךָ, Abd. v. 7., uſque ad terminum emiſerunt te: שִׁלְּחֻהוּ dimiſerunt, remiſerunt eum, 1. Paral. 12. v. 19., אֲשֶׁר־שִׁלַּחְתֶּם חָפְשִׁים לְנַפְשָׁם quos dimiſeratis liberos pro voto, deſiderio, *ſive* arbitrio ipſorum, Jerem. 34. v. 16., וְשִׁלַּחְתֶּם אֹתוֹ וְהָלָךְ & dimittetis eam (*arcam*), ut vadat, 1. Sam. 6. v. 8., כִּי־שִׁלַּחְנוּ quod dimiſimus, *ſive*, *juxta Vulgat.* ut dimitteremus, Exod. 14. verſ. 5. *Partic.* מְשַׁלֵּחַ mittens, Gen. 43. v. 4. *item* dimittens, Exod. 8. v. 17.

v. 17., *item* immittens, *ſive*, *juxta alios*,, qui ſeminat, Prov. 6. v. 19. *Et cum præfix.* הַמְשַׁלֵּחַ emittens, Pſalm. 104. v. 10., *item* dimittens, Levit. 16. v. 26. *Et cum affix.* מְשַׁלֵּחֲךָ mittens te, Jerem. 28. v. 16. *Plur.* מְשַׁלְּחִים remittentes, 1. Sam. 6. v. 3., הַמְשַׁלְּחִים עָלָיו, 2. Paral. 32. verſ. 31. qui miſerant ad eum; *LXX. & Vulgat. vertunt*, qui miſſi fuerant ad eum; *legiſſe propterea videntur* הַמְשֻׁלָּחִים: *Conſtr.* מְשַׁלְּחֵי emittentes, *vel* propellentes, *& juxta Vulg.* immittentes, Iſa. 32. v. 20. *Infin.* שַׁלֵּחַ dimittendo, Deut. 22. v. 7. *& contractè* שַׁלַּח dimittere, Gen. 8. v. 10. *Cum præfix.* בְּשַׁלַּח in dimittendo, *ſive* cum dimiſiſſet, Exod. 13. v. 17., לְשַׁלֵּחַ. Exod. 9. v. 2. *& contractè* לְשַׁלַּח., Exod. 7. v. 14. dimittere, ad dimittendum: *item* ad mittendas, ut mitteret, Nehem. 8. v. 12. *Cum affix.* בְּשַׁלְּחִי in mittendo me, *i. e.* quando miſero, Ezech. 5. v. 16., לְשַׁלְּחֵנִי dimittere, expellere me, 2. Sam. 13. v. 16., לְשַׁלְּחֵנוּ ad dimittendum nos, Exod. 13. v. 15., בְּשַׁלֵּחֲךָ in dimittere te, *i. e.* quando dimiſeris tu, Deut. 15. v. 18., בְּשַׁלְּחוֹ, Ezech. 31. v. 5., *hoc in loco varii ſunt Interpretes; multi dictionem hanc referunt ad* תְּהוֹם abyſſum, *quæ initio verſus occurrit; hinc vertunt*, cùm mittebat illa (*aquas multas*); *Alii vero cum Vulgat. referunt ad* עֵץ arborem; *ideoque vertunt*, cùm extendiſſet umbram ſuam: כְּשַׁלְּחוֹ cùm dimittet ipſe, Exod. 11. v. 1., לְשַׁלְּחוֹ dimittere eum, Exod. 4. v. 23., שַׁלְּחָהּ dimittere eam, Deut. 22. v. 29., שַׁלְּחָם dimittere eos, Exod. 9. v. 17., לְשַׁלְּחָם dimittere eos, Exod. 10. v. 27. *Imper.* שַׁלַּח dimitte, Exod. 4. v. 23., *item* mitte, Eccl. 11. v. 1. *& cum affix.* שַׁלְּחֵנִי dimitte me, Gen. 30. v. 25. *Plur.* שַׁלְּחוּ dimittite, 1. Sam. 5. v. 11. *Cum affix.* שַׁלְּחֻנִי, Gen. 24. v. 54., *&* שַׁלְּחוּנִי, Gen. 24. v. 56. dimittite me: *Futur.* אֲשַׁלַּח mittam, dimittam, Gen. 38. v. 17. *&c. & cum* ה *parageg.* וַאֲשַׁלְּחָה & dimittam, Exod. 8. v. 4. *Cum affix.* וָאֲשַׁלֵּחֲךָ ut dimitterem, *ſive juxta Vulg.* ut proſequerer te, Gen. 31. v. 27. *& cum* Daghesc *in* ך *ad compenſandum* Nun *epentheticum abjectum*, אֲשַׁלְּחֶךָּ dimittam te, 1. Reg. 20. v. 34., וָאֲשַׁלְּחֵהוּ, Pſal. 81. v. 13. & dimiſi eum; אֲשַׁלְּחֶנּוּ mittam eum, Iſa. 10. v. 6., וָאֲשַׁלְּחָהּ

& miſi

& misi eam, Jud. 20. v. 6., תְּשַׁלַּח mittes, immittes, dimittes, Exod. 15. v. 6. *&c. Cum affix.* תְּשַׁלְּחֵנִי dimittas me, 1. Reg. 11. v. 22., וַתְּשַׁלְּחֵהוּ & dimittis, *ſive* emittes eum, Job. 14. v. 20., תְּשַׁלְּחֶנּוּ dimittes eum, Deut. 15. v. 12., וַתְּשַׁלְּחֵם & expuliſti eos, Pſalm. 44. v. 3., *item fœm.* וַתְּשַׁלְּחִי & dimiſiſti, 1. Sam. 19. v. 17., יְשַׁלַּח, *&* יְשַׁלַּח, Exod. 3. v. 20., Prov. 6. v. 14. *&c.* dimittet emittet, *&c.*, וִישַׁלַּח ut dimittat, Exod. 6. verſ. 11., וַיְשַׁלַּח & emisit, dimisit, Gen. 8. vv. 7. 8. *&c. Cum affix.* אֲשֶׁר יְשַׁלְּחֶנּוּ יְהוָה בָּךְ quem mittet eum Deus contra te, Deut. 28. v. 48. וַיְשַׁלְּחֵנוּ & misit nos, Gen. 19. v. 13., וַיְשַׁלְּחֵהוּ & emisit eum, Gen. 3. v. 23., *item* dimisit eum, 2. Sam. 3. v. 23., וַיְשַׁלְּחֶהָ & dimisit eam, Gen. 21. v. 14., *item* & misit eam, Jud. 19. v. 29., וִישַׁלְּחֵם & emittit illas (*aquas*), Job. 12. v. 15., וַיְשַׁלְּחֵם מֵעַל יִצְחָק & dimisit, *ſive* ejecit, *&* *juxta Vulg.* ſeparavit eos ab Iſaac, Gen. 25. v. 6. *Fœm.* תְּשַׁלַּח misit, extendit, Pſal. 80. v. 12., וַתְּשַׁלַּח & emisit; Ezech. 17. v 6. *item cum affix.* וַתְּשַׁלְּחֵם & dimisit eos, Ioſ. 2. v. 21. *Plural. cum affix.* וַנְּשַׁלֵּחֲךָ & dimisimus te, Gen. 26. v. 29., בַּמָּה נְשַׁלְּחֶנּוּ in quo, *ſive* quomodo remittamus eam (*arcam*), 1. Sam. 6. v. 2., תְּשַׁלְּחוּ emittetis, ejicietis, Num. 5. v. 3., אַל־תְּשַׁלְּחוּ אֹתוֹ ne dimittatis eam (*arcam*), 1. Sam. 6. v. 3. *Cum affix.* וַתְּשַׁלְּחוּנִי מֵאִתְּכֶם & dimiſiſtis, ejeciſtis, expuliſtis me à vobis, Gen. 26. v. 27., תְּשַׁלְּחוּם emittetis, ejicietis eos, Num. 5. v. 3., יְשַׁלְּחוּ, emittunt, Job. 21. v. 11. *&* וּפֶרַע לֹא יְשַׁלֵּחוּ, Ezech. 44. v. 20., & comam, *ſive* cæſariem non demittant, *i. e.* promiſſam habeant, *ut exponit Buxtorfius*, *vel ut alii notant*, demiſſam non geſtabunt: *Sunt, qui reddunt*, non dimittant *creſcere*, *i. e.* non ſtudioſè colant; *S. Hieronymus LXX. ſecutus*, *ſicut & Theodotion*, *aliique verterunt*, & comam non nutrient: וַיְשַׁלְּחוּ, Gen. 12. v. 20., *item* וַיְשַׁלֵּחוּ, Jerem. 34. v. 10., & dimiſerunt: *Sed* וִישַׁלְּחוּ ut ejiciant, Num. 5. v. 2. *Cum affix.* וַיְשַׁלְּחוּהָ בַּעֲלוֹת הַשָּׁחַר & dimiſerunt eam, cùm aſcenderet aurora, Jud. 19. verſ. 25., וַיְשַׁלְּחוּם & dimiſerunt eos, 1. Sam. 6. v. 6. *Fœm.* תְּשַׁלַּחְנָה emittunt, Job. 39. v. 3. *Pyh. præter.* שֻׁלַּח בְּרַגְלָיו, Jud. 5. v. 15.

5. v. 15. miſsus eſt ad pedes ejus, *ſive* ad veſtigia ipsius, *ſcil Baraci, ut ſenſus ſit, qui vocatus cum ſua tribu Nepthalica acceſſit, & imperata fecit; Vulg. vertit*, veſtigia ſunt ſecuti; *videantur, quæ hoc in loco habent Interpretes*: שֻׁלַּח בְּרֶשֶׁת בְּרַגְלָיו, Job. 18. v. 8. miſsus, *ſive* immiſſus eſt, impelletur in rete pedibus ſuis, *ſive* impellitur, *vel* incedit, ire permittitur cum reti in pedibus ſuis; *Vulg. habet*, immiſit in rete pedes ſuos; *legiſſe videtur* שִׁלַּח *pro* שֻׁלַּח, *&* רַגְלָיו *pro* בְּרַגְלָיו: *Item in pauſa* וְצִיר בַּגּוֹיִם שֻׁלָּח, Abd. 1. v. 1., & legatus in gentibus, *ſive* nuntius inter gentes miſsus eſt: *Vulg. legit in Kal* שָׁלַח; *nam vertit*, & legatum ad gentes miſit; *quo in ſenſu, activo ſcil. legerunt etiam LXX. Fœm.* שֻׁלְּחָה אִמְּכֶם dimiſsa eſt mater veſtra, Iſa. 50. v. 1., שֻׁלַּחְתִּי miſsus ſum, Dan. 10. v. 11. *Plur.* שֻׁלְּחוּ dimiſſi ſunt, Gen. 44. v. 3. *Partic.* וְנַעַר מְשֻׁלָּח, Prov. 29. v. 15. & puer dimiſsus, *i. e. ſibi, & ſuæ voluntati, ac libidini permiſsus*: קֵן מְשֻׁלָּח, Iſa. 16. v. 2. (*velut*) nidus dimiſsus, *ſive* ejectus, expulſus; *ubi* nidus *per metonymiam uſurpatur pro* pullis *in eo poſitis*: *Recte propterea Vulg. vertit*, & pulli de nido avolantes: *Sunt etiam, qui vertunt*, (ſicut avis fugiens) nido emiſſa, *ſive* ejecta: *Futur.* יְשֻׁלַּח־בּוֹ mittetur contra eum, Prov. 17. v. 11. *Hiph. Præter.* וְהִשְׁלַחְתִּי בָכֶם & immittam in vos, Levit. 26. v. 22., וְהִשְׁלַחְתִּי־בָהּ רָעָב & immittam in eam famem, Ezech. 14. v. 13. *Partic.* מַשְׁלִיחַ immittens, Exod. 8. verſ. 17. *Infin. cum præfix.* לְהַשְׁלִיחַ (cœpit) mittere, 2. Reg. 15. v. 37.

שלח *Chald.* miſit, *&c. ut ſupra in* שְׁלַח: *Præter.* שְׁלַח לְמִכְנַשׁ miſit ad congregandum, *ſive* miſit, qui congregarent, Dan. 3. v. 2., דִּי־שְׁלַח qui miſit, Dan. 3. v. 28. *Plur.* שְׁלַחוּ עֲלוֹהִי miſerunt ad eum, Eſdr. 4. v. 11., 5. v. 7., שְׁלַחְתּוּן עֲלֶינָא miſiſtis ad nos, Eſdr. 4. v. 18., עַל־דְּנָה שְׁלַחְנָא idcirco miſimus, Eſdr. 4. v. 14. *Pehil partic.* שְׁלִיחַ miſsus, Dan. 5. v. 24., Eſdr. 7. v. 14. *Futur.* יִשְׁלַח עֲלֶינָא mittat ad nos, Eſdr. 5. v. 17., דִּי יִשְׁלַח יְדֵהּ qui extenderit manum ſuam, Eſdr. 6. verſ. 12.

שֶׁלַח *m. Eſt* : I. Miſſile, telum, *dictum* שֶׁלַח, *quia in hoſtem* emittitur, gladius, enſis, *è vagina* emiſſus : *uſurpatur etiam in ſenſu collectivo*; *unde ſignificat* miſſilia, tela, 2. Paral. 32. v. 5., *ubi Vulg. reddit* armaturam : *& cum præfix.* וּבְעַד הַשֶּׁלַח, Joel. 2. verſ. 8. & per miſſilia, *ſive* enſes; *Vulg. vertit*, & per feneſtras : *In pauſa* חֲשָׁלַח gladius, Nehem. 4. v. 11., בְּשֶׁלַח, *& in pauſa* בַּשָּׁלַח, Job. 33. v. 18., 36. v. 12. per miſſilia, per enſes, per gladium : *Cum affix.* שִׁלְחִי *vide infra ſuo proprio loco* : וְאִישׁ שִׁלְחוֹ בְיָדוֹ, 2. Paral. 23. v. 10. & unicuique gladius ejus *erat* in manu ejus, *ſive* & quisque *habebat* gladium ſuum in manu ſua : אִישׁ שִׁלְחוֹ הַמָּיִם, Nehem. 4. v. 17., *variè locus iſte exponitur* : *Quidam vertunt*, cuique gladius ſuus *erat* aquis, *vel* in aquis, *i. e.* quiſque *tenebat* gladium, *etiam cum pergeret* ad aquas, *exploratorias ſcilicet*; *Alii reddunt*, cujusque depoſitio, *vel* expoliatio ejus ad aquas, *i. e. quiſque exuebat veſtes ſuas*, *tantum cum vellet ſe ſe mundare*, *ac ſanctificare*; *à* שְׁלַח, *quo utitur Chaldæus pro* exuere, *&* exſpoliare : *Vulgat. habet*, unuſquiſque tantum nudabatur ad baptiſmum; *videtur ſumpſiſſe* שִׁלְחוֹ *ut verbum cum affix.*, *atque legiſſe* שִׁלְחוֹ dimittebat illud (*veſtimentum*), *unde per æquivalens reddidit*, nudabatur, *ita Guarin* : *Aliud* שִׁלְחוֹ *vide infra in* שֶׁלַח; *vide & ſupra in verbo* שָׁלַח : II. *τὸ* שֶׁלַח *eſt* propago, *ab arbore* emiſſa : *Plur.* שְׁלָחִים propagines : *Cum affix.* שְׁלָחַיִךְ, Cant. 4. v. 13., propagines, *ſive juxta Vulg.* emiſſiones tuæ : III. שֶׁלַח, *& in pauſa* שָׁלַח, Gen. 10. v. 24. *eſt nom. propr. viri*, *qui à Vulg. appellatur* Sale : IV. *Eſt nom. piſcinæ*, *aut amnis ad radicem montis Sion*; *occurrit autem cum præfix* הַשֶּׁלַח, Nehem. 3. v. 15., *à Vulg. redditur* Siloe. *Vide quæ ſequuntur*.

שֶׁלַח, *&* שָׁלַח *Vide ſupra in verbo ipſo* שָׁלַח *cum variis affixis*.

שִׁלֻּחַ *m.* Dimiſſio : *Inde*, *juxta quoſdam*, *cum affix.* מִן־שִׁלְחוֹ אֹתָם, 1. Paral 8. v. 8. poſt dimiſſionem ſuam, *ſive* à ſe earum, *ita Joa. Simon*; *Sed rectius*, poſtquam ipſe dimiſiſſet eas, *nempe* Huſim, & Baara uxores ſuas. *Relativum hic habetur maſculinum pro fœminino*.

שִׁלֹחַ Sciloáhh, & *juxta Vulg.* Siloe, *nom. propr. fontis, ſive piſcinæ, de qua jam ſupra : Occurrit cum præfix.* הַשִּׁלֹחַ, Iſa. 8. v. 6.

שִׁלְחִי Scilhhì. & *juxta Vulg.* Selahi, & Salai, *nom. propr. mulieris*, 1. Reg. 22. v. 42., 2. Paral. 20. v. 31.

שִׁלְחִים Scilhhím, & *juxta Vulg.* Selim, *nom. propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 32.

שִׁלּוּחַ *m.* Munus, donum, *propriè quod* tranſmittitur : *Plur.* תִּתְּנִי שִׁלּוּחִים, Mich. 1. v. 14., da munera, *ita Buxtorfius cum aliis; At Vulg. vertit*, dabit emiſſarios : וַיִּתְּנָהּ שִׁלֻּחִים & dedit eam pro muneribus filiæ ſuæ, 1. Reg. 9. v. 16. *Item*, dimiſſiones : *Cum affix.* אַחַר שִׁלּוּחֶיהָ poſt dimiſſiones ejus, *id eſt*, poſtquam dimiſiſſet eam, Exod. 18. v. 2. *ubi Vulg. reddit*, quam remiſerat.

שְׁלוּחָה *fem.* Propago, *ab arbore* emiſſa : *Plural. cum affix.* שְׁלֻחוֹתֶיהָ propagines ejus, Iſa. 16. v. 8.

שֻׁלְחָן *m.* Menſa, *à ciborum* miſſione, *vel* miſſis *dicta* שֻׁלְחָן, *ut notat Buxtorfius* : שֻׁלְחָן עָרוּךְ menſa inſtructa, Ezech. 23. v. 41. & *cum præfix.* הַשֻּׁלְחָן menſa, Exod. 25. v. 27., לַשֻּׁלְחָן menſæ, 1. Paral. 28. v. 16. *Conſtr.* שֻׁלְחַן menſa, Num. 4. v. 7. *Cum affix.* שֻׁלְחָנִי menſa mea, Jud. 1. v. 7. שֻׁלְחָנְךָ, Job. 36. v. 16. & שֻׁלְחָנֶךָ, 2. Sam. 19. v. 29. menſa tua : מַאֲכַל שֻׁלְחָנוֹ cibus menſæ ejus, 1. Reg. 10. v. 5., שֻׁלְחָנָהּ menſa ejus : שֻׁלְחָנָם menſa ipſorum, Pſal. 69. v. 23. *Plur.* שֻׁלְחָנוֹת menſæ, Iſa. 28. v. 8. *Conſtr.* לְשֻׁלְחָנוֹת הַכָּסֶף pro menſis argenteis, 1. Paral. 28. v. 16.

מִשְׁלָח *m.* Extenſio, miſſio, immiſſio *uti multis cum Buxtorfio videtur. Aliis vero cum Joa. Simone eſt* locus, quo mittuntur *pecudes ad paſcendum; & à LXX. redditur βόσκημα, i. e.* paſcuum; *Vulg.* paſcua, Iſa. 7. v. 25. *Item* res, *in quam manus* immittitur : *Conſtr.* בְּכֹל מִשְׁלַח יֶדְכֶם, Deut. 12. v. 7. in omni extenſione, *ſive* immiſſione manus veſtræ, *Vulg. habet*, in cunctis, ad quæ miſeritis manum : לְמִשְׁלַח שׁוֹר, Iſa. 7. v. 25. pro emiſſione bovis, *i. e.* loco paſcuo, in quem bos immittatur, & *juxta Vulg.* in paſcua bovis.

מִשְׁלוֹחַ *m.* Miſſio, immiſſio, *ut poſt Aquilam à Buxtorfio, aliisque accipitur, ita* Iſa. 11. v. 14. מִשְׁלוֹחַ יָדָם immiſſio manus

nus eorum, *i. e.* in eos manus mittent, *more hoſtis*; *Vulg. ſenſum expreſſit*: וּמִשְׁלֹחַ מָנוֹת & miſſu, *ſive* miſſione portionum, Eſth. 9. v. 19.

מִשְׁלַחַת *f.* Miſſio, immiſſio, Pſal. 78. v. 49. *Sed* Eccl. 8. v. 8. וְאֵין מִשְׁלַחַת בַּמִּלְחָמָה *à Buxtorfio redditur*, & non miſſile in bello; *ab aliis vero*, & non dimiſſio in bello; *Unde optime Vulg. ſenſum ita expreſſit*, nec ſinitur quieſcere ingruente bello.

שֻׁלְחָן *m. Vide ſupra pag.* 1659.

* שֻׁלְחָנָא *Chald. vide ſupra in verbo* שְׁלַח *item Chald.*

* שָׁלַחְתּוּן *Chald. vide ut ſupra in* שְׁלַח *Chald.*

שָׁלַט Dominatus eſt, dominium exercuit, dominium, poteſtatem habuit: *Conſtruitur cum præpoſit.* עַל, *&* ב: *Præter.* שָׁלַט הָאָדָם בְּאָדָם dominatur homo in hominem, Eccl. 8. v. 8. *Plur.* שָׁלְטוּ עַל־הָעָם dominabantur in populum, *ſive* ſuper populum, Nehem. 5. v. 15. *Infin. cum præfix.* לִשְׁלוֹט בָּהֶם dominari illis, *utique ad interfectionem, exciſionemque*, Eſth. 9. v. 1. *Futur.* וְיִשְׁלַט בְּכָל־עֲמָלִי שֶׁעָמַלְתִּי & dominabitur omni labori meo, quo laboravi, Eccl. 2. v. 19. *Plur.* יִשְׁלְטוּ dominarentur, dominati ſunt *& juxta Vulg.* ſuperiores eſſe cœperunt, Eſth. 9. v. 1. *Hiph.* הִשְׁלִיט dominari fecit, dominium conceſſit, dominari ſivit, copiam, *vel* poteſtatem fecit: *Præter. cum affix.* וְהִשְׁלִיטוֹ & dominium, *i. e.* copiam, poteſtatem conceſſit ei, Eccl. 5. v. 18. *Futur.* וְאַל־תַּשְׁלֶט־בִּי, Pſal. 119. v. 133 & ne ſinas dominari in me, *ita Buxtorfius*; *Vulg. Pagninus, aliique vertunt*, & ne, *ſive* non dominetur mihi: יַשְׁלִיטֶנּוּ facit, *ſive* faciet poteſtatem ei, Eccl. 6. v. 2.

שְׁלַט *Chald. ſignificat idem ac Hebr.* שָׁלַט: *Præter.* דִּי לָא־שְׁלֵט נוּרָא, Dan. 3. v. 27. quòd non dominatus eſſet ignis, *& juxta Vulg.* quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis: *Plur.* עַד דִּי־שְׁלִטוּ בְהוֹן, Dan. 6. v. 25. donec dominati ſunt in eos, *& juxta Vulgat.* donec arriperent eos (leones): *Futur.* תִּשְׁלַט dominaberis, *ſive* princeps eris, Dan. 5. v. 16., יִשְׁלַט dominabitur, Dan. 5. v. 7. *Fœm.* תִּשְׁלַט בְּכָל־אַרְעָא dominatur, dominabitur, imperabit univerſæ terræ, Dan. 2. v. 39. *Aphel præter cum affix.* וְהַשְׁלְטָךְ & dominatorem conſtituit te, *ſive* dominari

fecit

fecit te, Dan. 2. v. 38. וְהַשְׁלְטָךְ & dominatorem conſtituit eum, ſive dominari fecit eum, Dan. 2. v. 48.

שֶׁלֶט *m.* Scutum, validum *propriè*, & impenetrabile, umbo, clypeus: *Plur. cum præfix.* הַשְּׁלָטִים ſcuta, arma, 2. Reg. 11. v. 10. *Conſtr.* שִׁלְטֵי הַזָּהָב ſcuta, arma auri, *i. e.* aurea, 2. Sam. 8. verſ. 7. *Cum affix.* שִׁלְטֵיהֶם ſcuta ſua, & *juxta Vulg.* pharetras ſuas, Ezech. 27. v. 11.

שַׁלִּיט *m.* Dominator, dominium, poteſtatem habens, Eccl. 8. v. 8. *Cum præfix.* הַשַּׁלִּיט dominator, princeps, Gen. 42. v. 6., Eccl. 10. v. 5. *Plural.* שַׁלִּיטִים dominatores, principes, Eccl. 7. v. 19.

שַׁלִּיט *m. Chald.* poteſtatem habens, dominus valde potens, dominator, Dan. 2. v. 10. *Et emphat.* שַׁלִּיטָא poteſtatem habens, Dan. 2. v. 15. *Plur.* וְשַׁלִּיטִין & dominatores, Eſdr. 4. v. 20.

שַׁלֶּטֶת *f.* Dominatrix, domina: *Occurrit in pauſa* מַעֲשֵׂה אִשָּׁה־זוֹנָה שַׁלָּטֶת opus mulieris meretricis dominatricis, & *juxta Vulg.* procacis, Ezech. 16. v. 30.

שַׁלִּיטָא *m. Chald. emphat. vide ſupra in* שַׁלִּיט *Chald.*

שָׁלְטָן *m. Chald.* dominium, dominatus: בְּכָל־שָׁלְטָן מַלְכוּתִי in toto dominatu regni mei, Dan. 6. v. 27. & *cum præfix.* וְשָׁלְטָן & dominatus, poteſtas magna, Dan. 7. vv. 6. 14. *Conſtr.* שָׁלְטָן, Dan. 7. v. 14., & *emphat.* שָׁלְטָנָא, Dan. 7. verſ. 27. dominatus, poteſtas magna: *Cum affix.* וְשָׁלְטָנָךְ & dominatus tuus, & poteſtas tua magna, Dan. 4. v. 19., וְשָׁלְטָנֵהּ & dominatus ejus. ſive poteſtas ejus magna, Dan. 3. v. 33., שָׁלְטָנְהוֹן dominatus, ſive poteſtas eorum magna, Dan. 7. v. 12. *Plur. emphat.* שָׁלְטָנַיָּא dominatus, *metonymicè* dominatores, & *juxta Vulg.* reges, Dan. 7. v. 27.

שִׁלְטוֹן *m.* Dominatio, dominatus, potentia, ſive poteſtas magna, Eccl. 8. vv. 4. 8. *Item metonymicè τὸ* שִׁלְטוֹן *eſt* dominator: *Plur. conſtr.* וְכֹל שִׁלְטֹנֵי מְדִינָתָא, Dan. 3. vv. 2. 3., & omnes dominatores pr vinciarum, & *juxta Vulg.* principes regionum. *R. Salomon in* 13. Zach. *ſcribit, hoc nomen de* principibus Iſraelis *nunquam dici, neque in textu Hebræo, neque in Targum.*

שָׁלְטָנָא *Chald.* & *plur.* שָׁלְטָנַיָּא *vide ſupra in* שָׁלְטָן.

שָׁלַךְ in *Kal inuſitatum* . *Hiph.* הִשְׁלִיךְ jecit , abjecit , conjecit , dejecit , diſjecit , injecit , projecit : *Conſtruitur cum præpoſ.* עַל , אֶל , מִן , ל , ב . *Præter.* הִשְׁלִיךְ עָלָיו projecit ſuper eum , Num. 35. v. 20. *Cum affix* עַד־הַשְׁלִיכוֹ אֹתָם , Jerem. 52. v. 3. donec projiceret ille eos : *eadem phraſis occurrit* , 2.Reg. 24. v.20. *ſed ita legitur* עַד־הִשְׁלִכוֹ : הִשְׁלִיכָם projecit , abjecit eos , 2. Reg. 13. v. 23. *Fœm.* הִשְׁלִיכָה projecit , conjecit , 2. Sam. 11. verſ. 21., הִשְׁלַכְתָּ projeciſti , 1. Reg. 14. v. 9. *& cum affix.* וְהִשְׁלַכְתּוֹ & projicies illum , Jerem. 51. v. 63. , וְהִשְׁלַכְתִּי & projiciam , Jerem. 7. v. 15. *& cum affix.* הִשְׁלַכְתִּיךָ projeci te , Ezech. 28. v.17. *Plur.* הִשְׁלִיכוּ dejecerunt , projecerunt , *& juxta Vulg.* dejecta ſunt , Jerem. 9. v. 18. , וְהִשְׁלִיכוּ & conjicient , *ſive* mittent , Ezech. 43. v. 24. *Fœm. cum* ה *paragog.* וְהִשְׁלַכְתֶּנָה , Amos 4. v. 3. & projicietis , *vel potius intranſitive* , & injicietis vos , *i. e.* ibitis , procedetis , *ſive , ut habet Vulg.* & projiciemini : *Partic.* מַשְׁלִיךְ projicit , mittit , Pſal. 147. v. 17. *Plur. conſtr.* מַשְׁלִיכֵי projicientes , Iſa. 19. v. 8. *Infin.* וְהַשְׁלֵךְ & projiciendo , Jerem. 22. v. 19. , עֵת לְהַשְׁלִיךְ , Eccl. 3. vv. 5. 6. tempus projiciendi , abjiciendi : *Imper.* הַשְׁלֵךְ projice , Pſal. 55. v. v. 23. *& cum affix.* הַשְׁלִיכֵהוּ , Exod. 4. v. 3. *& abſque* Jod *in medio* , הַשְׁלִכֵהוּ , 2. Reg. 9. v. 25., projice eum : *Fœm.* וְהַשְׁלִיכִי & projice , Jerem. 7. v. 29. *Plur.* הַשְׁלִיכוּ projicite , abjicite , Gen. 37. verſ. 22. *&c. Futur.* אַשְׁלִיךְ jaciam , abjiciam , projiciam , Joſ. 18. v. 8. *&c.*, וְאַשְׁלִיךְ , Zach. 11. v. 13. *item alia forma* וָאַשְׁלִךְ , Deut. 9. v. 21., *& cum* ה *paragog.* וָאַשְׁלִיכָה , Nehem. 13. v. 8., & projeci : *Cum affix.* וָאַשְׁלִכֵהוּ & projeci illud , Exod. 32. v. 24., וָאַשְׁלִכֵם & projeci , abjeci eas (*tabulas*) , Deut. 9. v. 17., וְתַשְׁלִיךְ , Mich. 7. v. 19. & projicies ; *Aliis cum Vulg eſt tertia perſona , redditurque* , & projiciet : *Sed* וַתַּשְׁלֵךְ , Pſalm. 50. v. 17. & projeciſti : *Cum affix.* אַל־תַּשְׁלִיכֵנִי ne projicias me , Pſal. 51. v. 13. , וַתַּשְׁלִיכֵנִי & projeciſti me , Pſal. 102. v. 11. *Fœm.* וַתַּשְׁלִיכִי & projeciſti , Ezech. 23. v. 35. , יַשְׁלִיךְ , Iſa. 2. v. 20. *&* יַשְׁלֵךְ , Job. 17. v. 33. projiciet , abjiciet , conjiciet : וַיַּשְׁלֵךְ & projecit , Exod. 7. v. 10. *Cum affix.* וַיַּשְׁלִיכֵהוּ , Dan. 8. v. 7.

Digitized by Google

v. 7. *item* וַיַּשְׁלִכֵהוּ, Exod. 4. v. 3., & projecit eum: *Fœm.* וְתַשְׁלֵךְ אֱמֶת & projiciet veritatem, Dan 8. v. 12. *ubi LXX. paſſivè vertunt*, καὶ ἐρρίφη & projecta eſt; *ita & Vulgat. accepit; Nam habet*, & proſternetur veritas: וַתַּשְׁלֵךְ & abjecit, Gen. 21. v. 15. *Cum affix.* וְתַשְׁלִיכֵהוּ & diſjiciet, proſternet, *& juxta Vulg.* præcipitabit eum, Job. 18. v. 7. *Plur. cum* ה *paragog.* וְנַשְׁלִיכָה & projiciamus, Pſal. 2. v. 3. *& cum affix.* וְנַשְׁלִכֵהוּ & mittamus eum, Gen. 37. v. 20., לַכֶּלֶב תַּשְׁלִכוּן cani projicietis, Exod. 22. v. 30. *& cum affix.* תַּשְׁלִיכֻהוּ projicietis eum, Exod. 1. v. 22., יַשְׁלִיכוּ mittent, *& juxta Vulg.* mittentes, 2. Reg. 3. v. 21. *item* projicient, Ezech. 7. v. 19., וַיַּשְׁלִיכוּ, 2. Reg. 13. v. 21. *item* וַיַּשְׁלִכוּ, Gen. 37. v. 24. & projecerunt, miſerunt: *Cum affix.* וַיַּשְׁלִיכוּם, 2. Paral. 25. v. 12. *item* וַיַּשְׁלִיכֻם, Joſ. 10. v. 27. & dejecerunt, projecerunt eos. *Hoph. præter.* וְהֻשְׁלַךְ & abjectus, dejectus eſt, Dan. 8. v. 11. *Fœm. in pauſa* הָשְׁלָכָה projecta, dejecta, Ezech. 19. verſ. 12., הָשְׁלַכְתָּ projectus, ejectus es, Iſa. 14. v. 19., הָשְׁלַכְתִּי projectus ſum, Pſal. 22. v. 11. *Plur.* וְהֻשְׁלְכוּ & abjecti ſunt, Jerem. 22. v. 28. *Partic.* מֻשְׁלָךְ projectum (*caput*), 2. Sam. 20. v. 21. *Plur.* מֻשְׁלָכִים projecti, ejecti, Jerem. 14. v. 16. *Fœm.* מֻשְׁלֶכֶת projectum, Jerem. 36. v. 30. *Futur. f.* וַתֻּשְׁלְכִי & projecta es, Ezech. 16. v. 5. *Plur. in pauſa* יֻשְׁלָכוּ projicientur, Iſa. 34. v. 3.

שָׁלָךְ *m.* Mergus, *avis ſcil. dictà* שָׁלָךְ, *quòd ſe ad capiendos piſces in aquam* dejiciat, *ita, non Buxtorſius modo, ſed & major Interpretum pars exponit: Verum Bocharto, quem alii ſequuntur,* τὸ שָׁלָךְ *eſt avis* catarrhactes, *quæ vel è ſummis ſcopulis, vel è ſublimi aere, quovis telo celerius, in mare ſe præcipitem* dejicit, *& ad orgyæ menſuram immerſa piſces captat, quos emerſa ſtatim devorat: Occurrit cum præfix.* הַשָּׁלָךְ, Levit. 11. v. 17., Deut. 14. v. 17.

שַׁלֶּכֶת *f. Nomen portæ Hieroſolymis, à* conjecta, *&* accumulata *terra, ad parandam viam regis, ſic dicta*, 1. Paral. 26. v. 16., Iſa. 6. v. 13. *Confer*, 1. Reg. 10. vv. 5. 12., 2. Chron. 9. v. 11. *Hactenus Buxtorſius: Aliis tamen eſt* abjectio, projectio, *& præcipue* Iſa. 6. v. 13.

ubi occurrit cum præfix. ita בְּשַׁלֶּכֶת in abjectione, *vel* projectione (*foliorum*); *&* *juxta quoſdam* in emiſſione (*frondium*).

שָׁלַל Spoliavit, prædatus, deprædatus eſt: *Præter.* וְשָׁלַל שְׁלָלָהּ & ſpoliet ſpolium ejus, *ſive*, *juxta Vulg.* & deprædabitur manubias ejus, Ezech. 29. v. 19. שַׁלּוֹתָ ſpoliaſti, Habac. 2. v. 8. *Plur.* וְשָׁלְלוּ & prædabuntur, & ſpoliabunt, Ezech. 26. v. 12. *Partic. plur.* הַשֹּׁלְלִים deprædantes, ſpoliantes, Zach. 2. v. 12. *Cum affix.* שֹׁלְלֶיהָ ſpoliantes, *ſive juxta Vulg.* vaſtantes eam, Jerem. 50. v. 10., שֹׁלְלֵיהֶם prædatores, *ſive* vaſtatores ſui: *Infin.* לִשְׁלֹל ad ſpoliandum, ad prædandum, Iſa. 10. verſ. 6., הֲלִשְׁלֹל nunquid ad prædandum? Ezech. 38. v. 13. *Et contractè* שֹׁל, *quod mox infra vide*: *Imper.* שַׁל *vide ſupra in* נָשַׁל *pag.* 814. *Futur. plur.* שֹׁל־תָּשֹׁלּוּ לָהּ, Ruth 2. v. 16. *variè redditur*: *Nam Buxtorfius ita habet*, ſpoliando ſpoliabitis ipſi, *i. e.* relinquetis ipſi ſpolium, *ſpicas ſcil. quas colligat*: *Alii vero arbitrati*, τὸ שָׁלַל *propriè ſignificare* extraxit, detraxit, *ut* שול, *atque hinc habere ſenſum* ſpoliandi, *hoc loco vertunt*, extrahendo extrahetis, *ſive* extrahatis, detrahatis ei (de acervis, *vel* de manipulis, *i. e. de ſpicis* manipulorum): *Alii cum R. Salomone hoc ipſum verbum à* שָׁלָה, *quod inter alia ſonat etiam* obliviſci, errare, *derivantes reddunt*, obliviſcendo obliviſcimini (de manipulis): *Vulg. ibidem ſenſum expreſſit*: *Cum affix.* יְשָׁלּוּךְ ſpoliabunt te, Habac. 2. v. 8. *Niph. futur.* יִשַּׁל, *&* יִשָּׁל *vide ſupra in* נָשַׁל *pag.* 814. *Hithp. præter. plur. cum* א *pro* ה *ex Chaldaiſmo*; *ſive Syriſmo*, *ita ſcil.* אֶשְׁתּוֹלְלוּ *pro* הִשְׁתּוֹלְלוּ, Pſal. 76. v. 6., in prædam dediderunt ſe, *ſive* prædam ſe fecerunt, ſpoliandos ſe exhibuerunt, *ita Buxtorfius*, *Joa Simon*, *&* *alii*. *At Pagninus vertit*, ſpoliati fuerunt; *R. Salomon ita exponit*, aberrantes, veſani, ſtulti habiti ſunt: *Sed & LXX.*, *atque Vulg. reddiderunt* turbati ſunt: *Partic.* מִשְׁתּוֹלֵל, Iſa. 59. v. 15. prædæ exponit ſe, prædam ſe facit, *&* *juxta Vulg.* prædæ patuit: *R. Salomon ita interpretatur*, aberrans, veſanus, ſtultus habetur: *Futur. quoad formam*, *ſed re præter. plur.* אֶשְׁתּוֹלְלוּ *vide ſupra*.

שָׁלֵל

שָׁלָל *m.* Præda, ſpolium, *bottl* detractum, Gen. 49. v. 27. *&c. Cum præfix.* הַשָּׁלָל ſpolium, præda, Num. 31. v. 11., בַּשָּׁלָל in præda, in ſpolio, Joſ. 7. v. 21, לְשָׁלָל, Jerem. 21. v. 9. *&* לִשְׁלֹל, 2. Reg. 3. v. 23., in ſpolium, in prædam, ad prædam: וּמִשָּׁלָל & de præda, de ſpolio, 1. Sam. 30. v. 19., מֵהַשָּׁלָל de præda, 1. Sam. 15. verſ. 21. *Conſtr.* שְׁלַל ſpolium, Deut. 20. v. 14. מִשְּׁלַל de præda, 1. Sam. 30. v. 26. *Cum affix.* שְׁלָלֵךְ præda tua, ſpolium tuum, Zach. 14. v. 1., שְׁלַלְכֶם ſpolium veſtrum, Iſa. 33. v. 4., שְׁלָלָהּ præda ejus, Joſ. 8. v. 2., שְׁלָלָם præda eorum, 2. Paral. 20. v. 25.

שׁוֹלָל *m.* Spoliatus, *juxta Buxtorfium*: *At, ut idem addit,* τὸ שׁוֹלָל *R. Salomoni eſt* aberrans, veſanus, inſanum agens, *quaſi* מְטוֹרָף מִדַּעְתּוֹ raptus, *&* ſpoliatus mente ſua, *ut Aben Eſra ſcribit*.. *Nec immerito*: *Nam, ut animadvertit Joa. Simon*, τὸ שׁוֹלָל *ſemper cum verbo* ילך *conſtruitur*; *ideoque commodè, vi formæ, exponitur* error, *quo quis* hinc inde oberrat, oberratio: *metonymicè* errabundus, hinc inde oberrans, *petita ſignificatione à* שָׁלָה erravit: *Sic* מוֹלִיךְ יוֹעֲצִים שׁוֹלָל, Job. 12. v. 17., qui facit, ut conſiliariorum quisque amens, *ſive* demens fiat, *ita apud Buxtorfium*; *Alii reddunt*, qui facit conſiliarios ire ſine conſilio, *vel* qui abducit conſiliarios, ut ſpolium; *quæ quidem verſio innititur auctoritati LXX. & Aquilæ*: *Vulg. habet*, qui adducit conſiliarios in ſtultum finem; *in quem fermè ſenſum accepit & Symmachus*: *Nam vertit*, adducens eos, qui prudenter deliberant, in conſilii inopiam: *Variè quoque redditur &* verſus 19. *ejuſdem* Job. *in eodem* capite. *Occurrit etiam* Mich. 1. v. 8., *ſed cum* Jod *in medio loco* Vau *ita* אֵילְכָה שֵׁילָל vadam ſpoliatus

שָׁלַם Completus, perfectus, conſummatus, integratus, redintegratus fuit: *Item, quum* pax *ſit partium inter ſe diſſidentium* redintegratio, *hinc* τὸ שָׁלַם *ſignificat etiam* pacatus fuit, pacem precatus eſt, *i. e.* ſalutavit: *Præter. plur.* וְשָׁלְמוּ & complebuntur, *ſive* conſummabuntur, Iſa. 60. v. 20. *Partic. cum affix.* אִם־גָּמַלְתִּי שׁוֹלְמִי רָע, Pſal. 7. v. 5. ſi retribui, *ſive* intuli pacificè degenti, *ſive* pacem colenti, habenti mecum, malum; *ita Buxtorfius*, *aliique*;

que : *Sed LXX. quos cum Vulg. ſequuntur multi , ſunt interpretati* , εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά , *i. e.* ſi reddidi retribuentibus mihi mala , *i. e.* ſi retribui illi ſecundum retributionem ejus , *ſive* ſi reddidi malum illi , qui mihi malum rependit : *Nec ſenſus iſte alienus : Nam in omnium ſententia verbum* שִׁלֵּם , *in Pihel ſaltem , paſſim vicifſitudinem includit , ſignificatque* rependere , retribuere : *Partic. Pahul* שָׁלוּם *vide inter nomina : Imper. in pauſa* וּשְׁלָם & pacem habe , Job. 22. v. 21. *Futur. in pauſa* וַיִּשְׁלָם & pacem habuit , *ſive juxta quoſdam* & ſuſtinuit , permanſit , incolumis , ſalvus fuit , Job. 9. v. 4. , וַתִּשְׁלַם & perfectum , conſummatum eſt , 1. Reg. 7. v. 51. , 2. Paral 5. v. 1. , Nehem. 6. v. 15. *Pih.* שִׁלַּם , *&* שִׁלֵּם perfecit , complevit , abſolvit , conſummavit : *Item* ſolvit , perſolvit , reddidit , rependit , retribuit , compenſavit , redintegravit : *Præter.* וְשִׁלַּם אֶת־הַבָּיִת & abſolvit , *ſive* perfecit domum , 1. Reg. 9. v. 25. , שִׁלַּם־לִי reddidit mihi , Jud. 1. v. 7. , וְשִׁלַּם אֹתוֹ & rependat illud , Levit. 5. v. 24. , שִׁלַּמְתִּי reddidi , Prov. 7. v. 14. , *item* reddam , Iſa. 65. v. 6. *Plur.* וְשִׁלְּמוּ & ſolvent , Iſa. 19. v. 21. , שִׁלַּמְתֶּם reddidiſtis , Gen. 44. verſ. 4. *Partic.* מְשַׁלֵּם redintegrans , compenſans , reddens , rependens , Deut. 7. v. 10. , Pſal. 31. v. 24. *Plur.* מְשַׁלְּמִים , Joel. 4. verſ. 4. *& conſtr.* מְשַׁלְּמֵי , Pſal. 38. v. 21. , rependentes , retribuentes : *Infin.* שַׁלֵּם rependendo , compenſando , reddendo , Exod. 21. v. 36. , 22. vv. 2. 5. , Jerem. 51. v. 56. , לְשַׁלֵּם ad reddendum , Prov. 22. v. 27. *Cum affix.* לְשַׁלְּמִי ad reddendum me , *ſive* ut reddam ego , Pſal. 61. verſ. 9. , לְשַׁלְּמוֹ ad reddendum , *ſive* ſolvendum illud , Deut. 23. v. 22. , Eccl. 5. v. 3. *Imper.* שַׁלֵּם , Pſal. 50. v. 14. , Eccl. 5. v. 3. *& fœm.* שַׁלְּמִי , 2. Reg. 4. v. 7. redde , ſolve : *Plur.* שַׁלְּמוּ reddite , Pſalm. 76. v. 12 , rependite , Jerem. 50. v. 29. *Futur.* אֲשַׁלֵּם rependam , retribuam , perſolvam , reddam , Deut 32. v. 41. , Pſal. 22. v. 26. *&c. Et cum* ה *paragog.* אֲשַׁלְּמָה , Prov. 20. v. 22. , *& in pauſa* אֲשַׁלֵּמָה , Jon. 2. v. 10. , reddam : תְּשַׁלֵּם reddes , Job. 22. verſ. 27. , יְשַׁלֵּם , Prov. 6. v. 31. , *&* יְשַׁלֶּם־ , Job. 21. v. 31. , reddet , rependet : *& cum relativo*

tivo

tivo præfix. שֶׁיְּשַׁלֶּם־לָךְ qui rependet, retribuet tibi, Pſal. 137. v. 8. *Cum affix.* יְשַׁלֶּמְךָ reddat tibi, 1. Sam. 24. v. 20., יְשַׁלְּמֶנָּה reddet eam, Levit. 24. verſ. 18., הֲמֵעִמְּךָ יְשַׁלְּמֶנָּה, Job. 34. v. 33. *locus iſte obſcurus valde; LXX. ſunt interpretati*, μὴ ἀπὸ σοῦ ἀποτίσει αὐτήν, *i. e.* nunquid à te reddet eam? *Vulg. vero habet*, nunquid à te, Deus, expetit eam? *Alii vertunt*, an *erit* ex te quomodo ille aliquid retribuet? *Plur. cum* ה *paragog.* וּנְשַׁלְּמָה & reddemus, Hoſè. 14. v. 3. *Cum affix.* יְשַׁלְּמוּנִי retribuent, *& juxta Vulg.* retribuebant mihi, Pſal. 35. v. 12. *Pyh. partic. cum præfix.* כִּמְשֻׁלָּם ſicut conſummatus, perfectus, *vel* pacatus, *ſive* cui perfectè retributum eſt, Iſa. 42. v. 19. *ubi Vulg. habet*, niſi qui venundatus eſt: *Futur.* יְשֻׁלַּם perſolvetur, reddetur, Pſal. 65. v. 2., *& in pauſa* יְשֻׁלָּם reddetur, retributio dabitur, *ſive* compenſatione afficietur, Prov. 11. v. 31. *Cum præfix.* ה *interrog.* הַיְשֻׁלַּם an reddetur? Jerem. 18. verſ. 20. *Hiph.* הִשְׁלִים integrum fecit; *hinc* conſummavit, perfecit, finivit: *Item* pacificavit, *i. e.* pacem fecit, *ſive* iniit, *&* pacatum reddidit: *Præt. fæm.* כִּי־הִשְׁלִימָה אֶת־יְהוֹשֻׁעַ. Joſ. 10. v. 4., quia pacem fecit cum Joſue; *Vulg. vertit*, quare transfugerit ad Joſue: *Plur.* וְכִי הִשְׁלִימוּ & quòd pacem feciſſent (*cum Iſrael*), Joſ. 10. v. 1. *Futur. cum affix.* תַּשְׁלִימֵנִי, Iſa. 38. vv. 12. 13. conſummabis, finies me: כִּי יַשְׁלִים, Job. 23. v. 14. quia perficiet; *Vulg. vertit*, cumque expleverit: *item* complet, perficit, Iſa. 44. verſ. 26. *& abſque* Jod *in medio*, יַשְׁלִם, Iſa. 44. v. 28., perficiet, complebit; *item* pacatos faciet, *& juxta Vulg.* convertet ad pacem, Prov. 16. v. 7., וַיַּשְׁלֵם & pacem inivit, habuit, 1. Reg. 22. v. 45. *fæm.* תַּשְׁלִים pacem inibit, Deut. 20. v. 12. *Plur.* וַיַּשְׁלִימוּ, 1. Paral. 19. v. 19., *item* וַיַּשְׁלִמוּ, 2. Sam. 10. v. 19., & pacem inierunt, fecerunt. *Hoph. præter. fæm.* הָשְׁלְמָה־לָךְ pacifica tibi, Job. 5. v. 23.

שְׁלֵם *Chald. idem ſonat ac Hebraicum, de quo ſupra: Partic. Pehil* וְלָא שְׁלִים & non eſt perfecta, *ſive* conſummata, abſoluta, Eſdr. 5. verſ. 16. *Aphel præter. cum affix. & præfix.* וְהַשְׁלְמֵהּ & finivit, perfecit, complevit illud,

illud, Dan. 5. v. 26. *Imper.* הַשְׁלֵם קֳדָם אֱלָהּ יְרוּשְׁלֶם exhibe, *vel* redde coram Deo Hieroſolymæ, Eſdr. 7. v. 19.

2 שָׁלֵם *m.* Integrum, perfectum, completum, *id eſt nulla ex parte* diminutum, *ut* Gen. 15. v. 16. *Item metaphoricè* integer animo, *ſic* לְבַבְכֶם שָׁלֵם cor veſtrum perfectum, 1. Reg. 8. v. 61., *item* ſalvus, incolumis, *cujus res omnes* integræ, *&* ſalvæ *ſunt*, *ſic* Gen. 33. v. 18., *ut Buxtorfius, Joa. Simon, aliique Interpretes exponunt; Verum multis cum Vulg.* τὸ שָׁלֵם *laudato in loco eſt nom. propr. civitatis* Sichimorum: *Hoc ipſum vide mox infra poſt hanc dictionem: Sed* בִּשְׁלֵם *dictio eſt compoſita ex* בָּשַׁל, *ubi vide pag.* 136. *in ipſo verbo. & inter nomina:* בִּשְׁלֹמִי *autem vide ſupra in particula* שֶׁל *pag.* 1645. *Plur.* שְׁלֵמִים pacifici, perfecti (*animo*), Gen. 34. v. 21., Nahum. 1. v. 12. *Fæm.* אֶבֶן שְׁלֵמָה lapis integer, *id eſt*, pondus integrum, Deut. 25. v. 15., וְתְהִי מַשְׂכֻּרְתֵּךְ שְׁלֵמָה & erit merces tua perfecta, *ſive* plena, Ruth 2. v. 12. *Plur.* אֲבָנִים שְׁלֵמוֹת lapidibus integris, *i. e.* informibus, & impolitis, *ut exponit Vulg.*, Deut. 27. v. 6.

שָׁלֵם Scalém, *nom. propr. urbis*, Gen. 14. v. 18. *Hanc autem fuiſſe poſtea dictam* Jeruſalem, *tuetur Joſephus* Antiq. lib. 1. c. 10., *tenent & omnes ferè Patres, atque Interpretes. A nonnullis tamen* τὸ שָׁלֵם *fuit conſtituta in regione* Sichemitarum: *In cujus quidem ſententiæ argumentum affertur illud* Gen. 33. v. 18. וַיָּבֹא יַעֲקֹב שָׁלֵם עִיר שְׁכֶם & venit, *ſive* tranſivit Jacob in Salem urbem Sichimorum. *At plerique è recentioribus Interpretibus, poſt Rabbinos, vocem* שָׁלֵם *hoc in loco adjectivè, pro* incolumi *ſcil.* ſalvo, ſano *accipiendam arbitrantur; atque reddendum*, venit ſalvus, & incolumis in urbem Sichem, *quæ, ut putant, apud* S. Joannem IV. v. 5. *appellatur* Sichar, *quæque & hodie innoteſcit nomine* Neapoleos, *& adjacet* Samariæ. *Cum præfix.* בְּשָׁלֵם, Pſal. 78. v. 3. in Salem, *h. e.* in Jeruſalem; *nam additur ſtatim* בְּצִיּוֹן in Sijon, *ita reddunt recentiores multi cum Pagnino: LXX. tamen, Vulg aliique vertunt* in pace, *quod & primigenii textus ſenſui optimè congruit.*

שֶׁלֶם *m.* Sacrificium, euchariſticum, *ſive* pacificum, *quod pro* pace, *&* incolumitate, ſalute, *ac* beneficiis *Deo offereba-*

ferebatur, Amos 5. verſ. 22., *ubi Vulg. vertit* & vota: בִּשְׁלֵם *vide ſupra in* בְּשַׁל *pag.* 136. *Plur.* זְבָחִים שְׁלָמִים ſacrificia euchariſtica, *& juxta Vulgat.* victimas pacificas (immolaverunt), Exod. 24. verſ. 5. *Cum præfix.* מִזֶּבַח הַשְּׁלָמִים de ſacrificio, *ſive* hoſtia pacificorum, Levit. 3. verſ. 3., לַשְּׁלָמִים pro pacificis, Levit. 9. v. 4. *Cum affix.* וּבִשְׁלָמֵינוּ & pacificis, *ſive* euchariſticis ſacrificiis noſtris, Joſ. 22. v. 27., וְאֶת־שְׁלָמֶיךָ & euchariſtica, *ſive* pacifica ſacrificia tua, Exod. 20. v. 24., שַׁלְמֵיכֶם pacifica veſtra, Levit. 7. verſ. 32., שְׁלָמָיו pacifica ejus, Levit. 7. v. 13. שַׁלְמֵיהֶם (de hoſtiis) pacificorum eorum, Levit. 7. verſ. 34.

שִׁלֵּם *m* Retributio, compenſatio, Deut. 32. v. 35., *ubi Vulg. habet*, retribuam.

שִׁלֵּם Scillém, *& juxta Vulg.* Sellem, Sallem, *nom. propr. viri*, Gen. 46. v. 24., Num. 26. v. 49.

שְׁלָם *m. Chald.* pax, ſalus, Eſdr. 4. v. 17. *Et emphat.* שְׁלָמָא שְׁלָמְכוֹן יִשְׂגֵּא כֹּלָּא pax omnis, Eſdr. 5. v. 7. *Cum affix.* pax veſtra multiplicetur, Dan. 3. v. 31., 6. v. 26.

שָׁלֹם *m. Vide infra in* שָׁלוֹם.

שַׁלֻּם Scallúm, *& juxta Vulg.* Sellum, Sallem, *nom. propr. variorum hominum*, 2. Reg. 15. v. 10. *&c.*

שִׁלֻּם *m* Retributio: *Cum præfix.* יְמֵי הַשִּׁלֻּם dies retributionis, Hoſe. 9. v. 7. *Fœm. conſtr.* וְשִׁלֻּמַת & retributionem (videbis), Pſal. 91. v. 8.

שַׁלּוּם Scallúm, *nom. propr. idem ac* שַׁלֻּם, *de quo ſupra.*

שִׁלּוּם *m.* Retributio: *Cum præfix.* בְּשִׁלּוּם in retributione, *& juxta Vulg.* in reddendo, Mich. 7. verſ. 3. *Plur.* שְׁנַת שִׁלּוּמִים annus retributionum, Iſa. 34. v. 8.

שָׁלוֹם *m.* Pax, proſperitas, incolumitas, integritas: *Item* redintegratio, compenſatio, retributio: *Et adjective* pacificus, ſalvus, incolumis: וְאַתָּה שָׁלוֹם וּבֵיתְךָ שָׁלוֹם וְכֹל אֲשֶׁר־לְךָ שָׁלוֹם, 1. Sam. 25. v. 6. & tu incolumis, *ſive* ſalvus *ſis*, & domus tua ſalva, & omne, quod tibi, ſalvum: יִהְיֶה שָׁלוֹם erit ſalvus, 2. Sam. 17. v. 3., שָׁלוֹם לָכֶם pax vobis *ſit*, *i. e.*, pacato, & tranquillo ſitis animo, Gen. 43. v. 23. אֲנִי־שָׁלוֹם ego *eram* pacificus, Pſal. 120. v. 7. *Cum præfix.* בְּשָׁלוֹם in pace, Pſal. 29. v. 11. וְאֵין הַשָּׁלוֹם

הַשָּׁלוֹם paſcua pacis, Jerem. 25. v. 37. *Sed* הֲשָׁלוֹם אֲבִיכֶם an ſalvus pater veſter? Gen. 43. verſ. 27., הֲשָׁלוֹם בּוֹאֶךָ an pacificus ingreſſus tuus, 1. Reg. 2. v. 13. לְשָׁלוֹם ad pacem, *vel* cum pace, in pace, *& juxta LXX. & Vulg.* pacificè, Gen. 37. v. 4., וּשְׁאֶלְתֶּם לוֹ בִשְׁמִי לְשָׁלוֹם, 2. Sam. 25. v. 5. & interrogabitis eum in nomine meo pacis, *i. e.* valetudinis cauſa, *i. e.* & ſalutabitis eum ex nomine meo pacificè: מִשָּׁלוֹם à pace, Thren. 3. verſ. 17. *Conſtr.* שְׁלוֹם proſperitas, incolumitas, Gen. 37. v. 14. *Cum præfix.* וְלִשְׁלוֹם הַמִּלְחָמָה & de pace belli, *id eſt*, de ſtatu & proſpero ſucceſſu belli, 2. Sam. 11. v. 7. *Cum affix.* אִישׁ שְׁלוֹמִי homo pacis meæ, Pſal. 41. verſ. 10., מוּסַר שְׁלוֹמֵנוּ עָלָיו, Iſa. 53. v. 5., *in quibuſdam exemplaribus ſcribitur cum* Jod *redundante ante* מ, caſtigatio, *ſive, ut habent LXX. & Vulg.* diſciplina pacis noſtræ ſuper eum: אַנְשֵׁי שְׁלֹמֶךָ viri pacis tuæ, Jerem. 38. v. 22., בִּשְׁלוֹמָהּ in pace illius, Jerem. 29. v. 7., לֹא־תִדְרֹשׁ שְׁלֹמָם non quæres pacem eorum, Deut. 23. v. 7. *Plur.* הָגְלָת שְׁלוֹמִים, Jerem. 13. v. 19., *à Buxtorfio redditur*, deportabitur (*civitas*) pacatorum, *i. e.* pacatiſſima; *ab aliis vero redditur*, captiva abducta eſt perfectionibus, *i. e.* perfectè, omnino, in univerſum, *ſive* transmigratione, captivitate integra, perfecta: *Cum præfix.* וְלִשְׁלוֹמִים & pro retributionibus, *ſive* & in retributiones, Pſal. 69. v. 23. *Cum affix.* בִּשְׁלֹמָיו, Pſal. 55. v. 21., in pacificos ſuos, *i. e.* colentes pacem ſecum; *Vulg. vertit* in retribuendo.

שְׁלָמָא *Chald. Vide ſupra in* שְׁלָם *Chald. pag.* 1669. *Vide & alia poſt* שַׁלֵּם *pag.* 1671.

שִׁלְמָה *f. Inde conſtr.* שִׁלְמַת *vide ſupra in* שְׁלָם.

שַׁלָּמָה *Dictio compoſita, quam vide ſupra in* מָה *pag.* 624. *& in* שֶׁל *pag.* 1645. *Sed* שַׁלְמָה, *cum puncto videl. ſupra* ש *à latere ſiniſtro, vide infra ſuo proprio loco in* שַׁלֵּם.

שְׁלֹמֹה Scelomóh, *& juxta Vulg.* Salomon, *nom propr. regis filii David ex Bethſabee*, 2. Sam. 5. v. 14., & 12. v. 24.

שְׁלֹמוֹת Scelomóth, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 24. v. 22.

שַׁלְמַי Scalmái, *nom. propr. viri*, Nehem. 7. v. 48.

שִׁלֵּמִי Scillemi; *Inde cum præfix.* הַשִּׁלֵּמִי, Num. 26. v. 49., *quod Vulg. reddit* Sellemitarum *familiam*.

שְׁלֹמִי

שְׁלֹמִי Scelomí, *nom. propr. viri*, Num. 34. v. 27.

שֶׁלֶמְיָה Scelemiáh, *nom. propr. viri*, Eſdr. 10. v. 39.

שֶׁלֶמְיָהוּ Scelemiáuh, *nom. propr. viri*, Jerem. 36. v. 26.

שְׁלֹמִית Scelomíth, *nom. propr. virorum*, 1. Paral. 26. v. 25., 2. Paral. 11. v. 20., Eſdr. 8. v. 10. *Item nom. propr. mulieris*, 1. Paral. 3. v. 19.

שׁוּלַמִּית *fœm.* Perfecta *omni ex parte : Occurrit cum præfix.* הַשּׁוּלַמִּית, Cant. 7. verſ. 1. Scúlammíth, *myſticum ſponſæ Chriſti nomen, à maſculino* שׁוּלָם, *quod latine ſonat* perfectus.

שִׁלֻּמִן *m.* Retributio, compenſatio, *& quidem* larga, *&* ampla, *ut quidam arbitrantur, propter* Nun *augmenti argumentum : Plur.* שַׁלְמֹנִים retributiones, Iſa. 1. v. 23.

שלם *Radix in hac forma inuſitata. Inde nomen* שַׂלְמָה *f.* veſtis, veſtimentum, Exod. 22. v. 8., בְּשַׂלְמָה, 1. Reg. 11. v. 29., *&* בַּשַּׂלְמָה, 1. Reg. 11. v. 30. veſtimento, *ſive juxta Vulg.* pallio : כַּשַּׂלְמָה ſicut veſtimento, Pſalm. 104. v. 2. *Conſtr.* שַׂלְמַת רֵעֶךָ veſtimentum proximi tui, Exod. 22. v. 25. *Cum affix.* בְּשַׂלְמָתוֹ in veſtimento ſuo, Deut. 24. v. 13. *Plur.* וּשְׂלָמוֹת & veſtimenta, Joſ. 9. v. 5., וּבִשְׂלָמוֹת & cum veſtibus, Joſ. 22. v. 8. *Cum affix.* שַׂלְמוֹתַי veſtimenta mea, Job. 9. v. 31., שַׂלְמוֹתֵינוּ veſtes noſtræ, Joſ. 9. v. 13., וְרֵיחַ שַׂלְמֹתַיִךְ & odor veſtimentorum tuorum, Cant. 4. v. 11., שַׂלְמֹתֵיכֶם veſtimenta veſtra, Deut. 29. v. 4., שַׂלְמֹתֵיהֶם veſtimenta eorum, Nehem. 9. v. 21.

שַׂלְמָא Salmá, *nom. propr. virorum*, 1. Paralip. 2. vv. 11. 51.

שְׁלָמָא *Chald. emphat. vide in* שְׁלָם *Chald. pag.* 1669.

שְׁלֻמִיאֵל Scelúmiél, *& juxta Vulg.* Salamiel, *nom. propr. viri*, Num. 1. v. 6.

שַׁלְמַן Scalman, *& juxta Vulg.* Salmana, Hoſe. 10. v. 14., *nom. propr. regis, qui, ut Criticis quibusdam videtur, idem eſt ac* Salmanaſar, *qui* Hoſeæ *tempore rex Aſsyriæ fuit.*

שַׁלְמֹן : *Inde plur.* שַׁלְמֹנִים *vide ſupra, hac ipſa pagina : Vide etiam, quod mox ſequitur.*

שַׂלְמוֹן Salmon, *nom. propr. viri*, Ruth 4. v. 21.

שַׁלְמַנְאֶסֶר

שַׁלְמַנְאֶסֶר Scalmaneſer, *& juxta Vulgat.* Salmanaſar, *nom. regis Aſſyriorum*, 2. Reg. 17. v. 3.

שַׁלּוּן Scallún, *nom. propr. viri*, Nehem. 3. v. 15.

שֵׁלָנִי Scélaní, *& juxta Vulg.* Selaita, *nom. propr. familiæ ſic dictæ à* שֵׁלָה, Num. 26. v. 20. *ubi occurrit cum præfix. ita* הַשֵּׁלָנִי.

שִׁלֹנִי Sciloní, 1. Reg. 12. v. 15., 1. Paral. 9. v. 5. *Quibuſdam eſt nomen propr. viri; Aliis eſt nomen exprimens locum, unde ortus eſt is, cui tribuitur.*

שָׁלַף Eduxit, extraxit, detraxit, ſtrinxit: *Ferè ſemper de* gladio *verbum hoc uſurpatur: Præter.* שָׁלַף הַחֶרֶב, eduxit, *ſive* ſtrinxit gladium, Jud. 3. v. 22., שָׁלַף אִישׁ נַעֲלוֹ, Ruth 4. v. 7., extrahebat, *ſive* ſolvebat homo calceamentum ſuum: *Et per ellipſin nominis* אִישׁ, שָׁלַף וַיֵּצֵא, Job. 20. v. 25., (*ſagittam*) eduxit, *ſcil. jaculator*, & exivit; *vel juxta multos intranſitivè*, educta eſt, & egreſſa eſt, *ſcil. ſagitta*: שֶׁקַּדְמַת שָׁלַף יָבֵשׁ, Pſal. 129. v. 6., quod (*fœnum*), antequam extrahat (*quis ſcilicet falcem*), aruit, exaruit; *Pagninus vertit*, antequam egrediatur, aruit: *Alii vero cum Vulg. reddunt*, priuſquam evellatur, exaruit: *Partic.* שֹׁלֵף ſtringens, educens, Jud. 8. v. 10. *Plur conſtr.* שֹׁלְפֵי ſtringentes, educentes, Jud. v. 20. 25 *Pabul fœm.* שְׁלוּפָה בְּיָדוֹ, Num. 22. v. 23., *&* שְׁלֻפָה, Num. 22. v. 31. (gladius) ſtrictus in manu ejus; *Vulg. habet*, evaginato (gladio). *Imper.* שְׁלֹף extrahe, evagina, Jud. 9. v. 54. *Futur.* וַיִּשְׁלֹף נַעֲלוֹ & extraxit, *ſive juxta Vulg* ſolvit calceamentum ſuum, Ruth 4. v. 8. *Cum affix.* וַיִּשְׁלְפָהּ & ſtrinxit, eduxit eum, 1. Sam. 17. verſ. 51.

שֶׁלֶף Scéleph, *& juxta Vulg.* Saleph, *nom. propr. viri*, Gen. 10. v. 26., *ubi propter pauſam ſcribitur ita* שָׁלֶף.

שָׁלַשׁ *Radix in Kal inuſitata: Inde, ut quibuſdam videtur, eſt: Pihel* שִׁלֵּשׁ in tres partes diviſit *quaſi diceretur*, tripartitus fuit, trifariam partitus fuit: *Item* tertio *aliquid* fecit, *quaſi diceretur*, tertiavit, triplicavit: *Et* tertio die *aliquid* fecit: *Multi arbitrantur, verbum hoc in Pihel efformatum à nomine* שָׁלוֹשׁ tres, *de quo infra. Præter.* וְשִׁלַּשְׁתָּ & in tres partes divides, Deut. 19. v. 3.

Imper.

Imper. plur. שַׁלֵּשׁוּ tertio facite, 1. Reg. 18. v. 34. *Futur. plur.* וַיְשַׁלֵּשׁוּ & tertio fecerunt, 1. Reg. 18. v. 34. *Pyh. Partic.* וְאַיִל מְשֻׁלָּשׁ, Gen. 15. v. 9. (ſume) & arietem triplicatum anno, *ſive* cui triplicatus eſt annus, *i. e.* triennem, *uti poſt Vulg. reddunt Kimchius, Buxtorfius, aliique: Cum præfix.* וְהַחוּט הַמְשֻׁלָּשׁ & filum triplicatum, *ſive, ut habet Vulgat.* funiculus triplex, Eccl. 4. v. 12. *Fœm.* וְעֵז מְשֻׁלֶּשֶׁת (ſume) & capram triennem, Gen. 15. v. 9. *Plur.* מְשֻׁלָּשׁוֹת, Ezech. 42. v. 6., triplicata: *Vulg. Symmachus, aliique verterunt*, triſtega enim erant, *i. e. ut habetur in Synopſi Criticorum, tria quaſi tabulata erant per triplicem columnarum ordinem, ſive tres erant contignationes ex triplici columnarum ſerie, una alteri ſuppoſita.*

שִׁלֵּשׁ Scélesc, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 7. v. 35.

שָׁלוֹשׁ, *&* שָׁלֹשׁ *fœm. ſed terminatione maſc.* Tres, tria, *numerus ſcilicet cardinalis*, Gen. 11. vv. 13. 15., שָׁלוֹשׁ עָרִים tres civitates, Deut. 19. v. 2. *& cum præfix.* עַל הַשָּׁלֹשׁ הָאֵלֶּה ſuper tres illas, Deut. 19. v. 9., בְּשָׁלֹשׁ שָׁנִים in tribus annis, Iſa. 16. v. 14., לְשָׁלוֹשׁ ad tres, *ſive* pro, *vel* in tribus, 2. Paral. 9 v. 21. *Conſtr.* שְׁלֹשׁ, Gen. 5. v. 22., *& ob* makaph, שְׁלָשׁ, Exod. 21. v. 11., tres, tria: *Cum præfix.* בִּשְׁלֹשׁ מֵאוֹת in tribus centum, Jud. 7. v. 7., לִשְׁלֹשׁ הַשָּׁנִים pro tribus annis, *q. d.* pro ternario, *vel* triade annorum, Levit. 25. verſ. 21. *Item alia forma, fœminini ſcilicet generis, ſed re, ut cum Buxtorfio admonent multi, & ipſum maſculinum*, שְׁלוֹשָׁה, *vel* שְׁלֹשָׁה tres, tria, Gen. 6. v. 10., 9. v. 19. *&c. Cum præfix.* בִּשְׁלֹשָׁה, מִשְּׁלֹשָׁה inter tres, in tribus, 2. Sam. 23. vv. 9. 18. *Sed* בִּשְׁלוֹשָׁה, Eſth. 3. vv. 12. 13., 8. vv. 9. 12., 9. vv. 1. 18. in tertia, *ſive* tertio: לִשְׁלֹשָׁה in tres, Num. 29. v. 14., Jud. 9. v. 43. *Sed* 1. Paral. 25. vv. 20. 30. לִשְׁלֹשָׁה *reddendum* in tertiam: *Extat & altera forma, eaque communi, ut ſequitur*, שְׁלֹשֶׁת tres, tria, Gen. 30. v. 36. *&c. Cum præfix.* וּבִשְׁלֹשֶׁת & in tres, Job. 32. v. 3., כִּשְׁלֹשֶׁת quaſi tres, Joſ. 7. vv. 3. 4. לִשְׁלֹשֶׁת ad tres, Exod. 19. v. 15. *Cum affix.* שְׁלָשְׁתְּכֶם tres vos, Num. 12. v. 4., שְׁלָשְׁתָּם tres illi, Num. 12. v. 4., מִדָּה אַחַת לִשְׁלָשְׁתָּם menſura

ſura una tribus illis, Ezech. 40. v. 10. *Plur.* שְׁלשִׁים triginta, Gen. 5. v. 3. *Aliud vide infra ſuo proprio loco*: *Cum præfix.* מִן־הַשְּׁלשִׁים ex triginta, 2. Sam. 23. v. 23., שְׁלוֹשָׁה מִן־הַשְּׁלוֹשִׁים tres de triginta, 1. Paral. 11. v. 15., בִּשְׁלשִׁים וָשֶׁבַע שָׁנָה in trigeſimo, & ſeptimo anno, 2. Reg. 25. verſ. 27., כִּשְׁלשִׁים quaſi triginta, Joſ. 7. verſ. 5., מֵהַשְּׁלשִׁים ex triginta, 2. Sam. 23. v. 13.

שִׁלֵּשׁ *m. Inde plur.* שִׁלֵּשִׁים tertiani, tertiæ *generationis nepotes*, *i. e.* abnepotes, *q. d.* generationes triplicatæ: בְּנֵי שִׁלֵּשִׁים filii tertiani, *ſive* tertiæ generationis, Gen. 50. v. 23., עַל־שִׁלֵּשִׁים ſuper tertianos, *ſive ut habet Vulg.* in tertiam generationem, progeniem, Exod. 20. v. 5., 34. verſ. 7.

שָׁלֹשׁ *maſc. Inde* בְּשָׁלִשׁ *vide infra in* שָׁלִישׁ: *Sed* הַשְּׁלִשִׁי *vide infra in nomine* שְׁלִישִׁי: *&* הַשְּׁלִשִׁי *vide mox poſt hanc dictionem, videlicet in* שְׁלִשִׁי: *Plur.* שְׁלשִׁים, הַשְּׁלשִׁים *&c. vide infra in* שָׁלִישׁ. *Sed* שָׁלִשִׁים, *&c. ejuſdem formæ vide infra in* שְׁלִישִׁי.

שָׁלִשָׁה Scaliſcah, *nom. propr. regionis*, 1. Sam. 9. v. 4.

שִׁלְשָׁה Scilſcáh, *& juxta Vulg.* Saluſa, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 7. v. 37.

שְׁלשָׁה Tres, tria, *vide, etiam cum præfix. & affix.* in שָׁלוֹשׁ *pag.* 1673.

שָׁלִשִׁי *m. Unde cum præfix.* רֹאשׁ הַשָּׁלִשִׁי, 2. Sam. 23. v. 8. *quidam putant, eſſe denominativum à* שָׁלִישׁ tribunus; *unde redditur* princeps tribunitius, *vel* caput tribunitium, *vel* primarius tribunorum: *Vulg. aliique habent*, princeps inter tres.

שְׁלשֶׁת *f.* Tres, tria *vide ut ſupra in* שָׁלוֹשׁ.

שְׁלִשִׁית *f.* Tertia, *&* tertia pars: *Sed hoc vide infra in* שְׁלִישִׁי.

שָׁלִישׁ *m. Eſt*: I. Dux, tribunus, tribus *cohortibus præfectus*; *quidam volunt, eſſe* tertium à rege: *Occurrit cum præfix.* הַשָּׁלִישׁ dux, 2. Reg. 7. vv. 2. 17. 19. *Cum affix.* שָׁלִישׁוֹ dux ejus, 2. Reg. 15. verſ. 25. *Plural.* שָׁלִישִׁים, Ezech. 23. v. 15., *& abſque* Jod *in medio* שָׁלִשִׁים, Ezech. 23. v. 23., duces: *Item deficiente utroque* Jod שָׁלִשִׁם, *ſed hoc ipſum vide infra ſuo loco, ubi ſingulari oratione exponendus*

nendus : Cum præfix. & Vau in medio loco Jod , *juxta quoſdam* , רֹאשׁ הַשָּׁלוֹשִׁים , 1. Paral. 11. v. 11., 12. v. 18., dux principum , *ſive* primarius tribunorum , ducum : *At Vulg. dictionem hanc refert ad* שָׁלוֹשׁ ; *unde vertit* principem inter triginta : *Item abſque* Jod *in medio* , הַשָּׁלִשִׁים , 2. Reg. 10. verſ. 25., duces : וְלַשָּׁלִשִׁים & ducibus , 2. Reg. 10. v. 25. *Cum affix.* וְשָׂרֵי שָׁלִישָׁיו , 2. Paral. 8. v. 9. & principes ducum ejus ; *item* שָׁלִשָׁיו , Exod. 15. v. 4., 1. Reg. 9. v. 22., principes , duces ejus : II. *Eſt* menſuræ *ſpecies* , *cujus quidem modus incertus Aben Eſræ* : *Vulgo eſt* triens , *ſive* triental , *vas ſcilicet* tres partes *totius continens* : *Ludovico de Dieu videtur idem eſſe* , *ac* סְאָה ſatum , *quod eſt* tertia pars *ephæ* : וַתַּשְׁקֵמוֹ בִּדְמָעוֹת שָׁלִישׁ , Pſal. 80. v. 6., & propinaſti illis in lacrymis menſuram , *ſive* , *ut habet Pagninus* , lacrymas in menſura , *& ſic eſt hypallage juxta Rabbi David* : *Cum præfix.* וְכָל בַּשָּׁלִשׁ , Iſa. 40. v. 12. & complexus eſt in trientali , *vel* in menſura ternaria ; *Vulg. vertit* , quis appendit tribus digitis : III. *Eſt* pandura , *inſtrumentum ſcil. muſicum* trium *chordarum* , *ſive* trichordium : *Occurrit in plur.* וּבְשָׁלִשִׁים , 1. Sam. 18. v. 6. & in panduris , *juxta Buxtorfium* , *ſive* , *ut alii vertunt* , inſtrumentis muſicis , *vel* & cum fidibus , trichordiis ; *LXX. habent* ἐν κυμβάλοις & in cymbalis ; *Vulg.* & in ſiſtris : IV. *Plur. uti quibuſdam videtur* , שָׁלִשׁוֹם , Proverb. 22. v. 20. *varium in ſenſum ab Interpretibus accipitur* : *Nam R. David* , *Pagninus* , *& alii ita exponunt* , (nonne ſcripſit tibi) magna , *vel* mirabilia , *carmina ſcilicet* : *Sed Kimchi tantum ait poſſe exponi* , ſemel , ſecundò , & tertiò , *i. e.* triplicia , *vel* triplicata , trifariam , *i. e.* multifariam : *Alii aliter* : *S. Hieronymus vertit* , (ecce ego diſcripſi tibi ea) tripliciter.

שְׁלִישִׁי *m.* Tertius , Gen. 1. v. 13. *& cum præfix.* הַשְּׁלִישִׁי , Gen. 2. v. 14., *& abſque* Jod *in penult.* הַשְּׁלִשִׁי , 1. Paral. 3. verſ. 2., tertius : *Sed* הַשָּׁלִשִׁי , 2. Sam. 23. v. 8. *vide ſupra in* שָׁלִשִׁי : בַּשְּׁלִישִׁי in tertio , Ezech. 31. v. 1. *Plur.* שְׁלִשִׁים , *contractum pro* שְׁלִשִׁיִּים *juxta Buxtorfium* , tertii , tertiani , Num. 2. v. 24., וּשְׁלִשִׁים תַּעֲשֶׂהָ , Gen. 6. v. 16., & in tertiis (*locis*) , *vel* & tertianas (*manſiones*) facies

in ea ;

in ea ; *Vulg. vertit* , & triſtega facies in ea : בַּשְּׁלִשִׁים in tertiis , *vel* ternis (*ordinibus*) , Ezech. 42. verſ. 3. *Fœm.* שְׁלִישִׁיָּה , Iſa. 19. v. 24. tertia : *Item abſque* Jod *in medio* , עֶגְלַת שְׁלִשִׁיָּה , Iſa. 15. v. 5. vitula trima ; *ſtatus propterea conſtructus pro abſoluto ibidem poſitus , niſi ſubintelligenda ſit vox* שָׁנָה annus , *ſic* : vitula anni tertii : *Vulg. vertit* vitulam conternantem : *Et alia terminatione fœm. cum* ת *ſcil. heemantico in fine* שְׁלִישִׁית , *item* שְׁלִשִׁת , *&* שְׁלִשִׁית , *item cum præfix.* הַשְּׁלִישִׁית , הַשְּׁלִשִׁת , *&* הַשְּׁלִשִׁית tertius , tertia , *vel* tertia pars , *pro loci varietate* : בַּשְּׁלִישִׁת tertio , 1. Sam. 3. v. 8. *Cum* ה *paragogico* , שְׁלִישִׁתָה tertia , *ſcil.* vice , Ezech. 21. v. 14. *Cum affix. &* Jod *redundante* , שְׁלִשִׁתֵיךְ tertia pars tui , Ezech. 5. v. 12.

* שְׁלִשְׁלֹמֹה *Dictio compoſita , quam vide ſupra in* שֶׁל *pag.* 1645.

שָׁלִשִׁם *m. plur.* Scaliſcim , *quæ de voce variæ ſunt Interpretum ſententiæ , quas refert Calmet ſuis hunc in locum commentariis . Occurrit autem ſemel ita* , וְשָׁלִשִׁם עַל־כֻּלּוֹ . Exod. 14. v. 7. *LXX. ſunt interpretati* τριστάτας ἐπὶ πάντων , *i. e.* tertii ſuper omnes . Tertios *iſtos* , *quos Septuaginta* Triſtatas *nominant* , *ſignificare* principes principum , *ſive* ſecundi gradus , *poſt regiam* , dignitatem , *cenſuit S. Hieronymus in* cap. 23. Ezech. *Alii putant* , Triſtatas *apud LXX. nomen eſſe* trium præcipuarum regni dignitatum , *deſignare nempe* principes equitum , peditum , *&* tributorum . *Vulg. vertit* & duces totius exercitus .

שִׁלְשֵׁם *Vide infra in* שִׁלְשׁוֹם .

שָׁלִשׁוֹם *m. plur. Vide ſupra in* שָׁלִישׁ *pag.* 1676.

שִׁלְשׁוֹם *Dictio compoſita ex* יוֹם dies , *&* שָׁלוֹשׁ tertius ; *unde* שִׁלְשׁוֹם nudius tertius : *Synecdochicè* antea , *ſeu* jam ante : *Habet autem conjunctum* תְּמוֹל , *vel* אֶתְמוֹל heri ; *atque ſubintelligitur intermedia conjunctio* : כִּתְמֹל שִׁלְשֹׁם ſicut heri , & nudius tertius , *ſive* & antea , Gen. 31. v. 5. , מִתְּמוֹל שִׁלְשׁוֹם ab heri , & nudius tertius , *i. e.* ante hac , prius , Deut. 19. v. 6. , גַּם־אֶתְמוֹל גַּם־שִׁלְשׁוֹם etiam heri , etiam nudius tertius , 2. Sam. 5. v. 2. *Cum præfix.* גַּם מִתְּמוֹל גַּם מִשִּׁלְשֹׁם , Exod. 4. v. 10. etiam ab heri , etiam à nudius tertius , *i. e.* jam ante , pridem .

מְשֻׁלָּשׁ

מְשִׁלּשׁ *maſc.* Tertiatio, *juxta Buxtorfium*, *ſive* triplicatio, trias: *Cum præfix.* כְּמְשִׁלֹּשׁ חֳדָשִׁים Gen. 38. v. 24. quaſi tertiatione, *ſive* triplicatione menſium, *i. e.* circiter tres menſes; *Vulg. vertit* poſt tres menſes.

שֵׁם *m.* Nomen, Gen. 2. v. 11., *& cum* Sægol *ante* makaph, שֶׁם־, Gen. 16. v. 15. nomen: *Apud Syros radix hujuſce dictionis eſt*, שְׁמָה, *vel* שָׁמִי nomen impoſuit, nominavit. *Cum præfix.* אַנְשֵׁי הַשֵּׁם viri nominis, *id eſt*, nominatiſſimi, celeberrimi, Gen. 6. v. 4., בְּשֵׁם in nomine, Gen. 4. v. 26., כְּשֵׁם juxta nomen, Gen. 4. v. 17., לְשֵׁם in nomine, Joſ. 9. v. 9. *item* nomini, 1. Reg. 3. v. 2. לִתְהִלָּה וּלְשֵׁם in laudem, & in nomen, Deut. 26. v. 19. *Cum affix.* שְׁמִי nomen meum, Gen. 48. verſ. 16., בִּשְׁמִי in nomine meo, Levit. 19. v. 12., לִשְׁמִי de nomine meo, Gen. 32. v. 30., *item* nomini meo, 2. Sam. 7. v. 13., שְׁמֵנוּ nomen noſtrum, Joſ. 7. v. 9., שִׁמְךָ, שְׁמֶךָ nomen tuum, Gen. 17. v. 5., 32. v. 28. *&c.* בְּשִׁמְךָ, *vel* בִּשְׁמֶךָ, Exod. 5. v. 23. *&c.* *item cum* ה *paragog.* בְּשִׁמְכָה, Jerem. 29. v. 25. in nomine tuo: שִׁמְכֶם nomen veſtrum: שְׁמוֹ, Gen. 2. v. 19. *& fœm.* שְׁמָהּ, Gen. 11. verſ. 9. *&c.* nomen ejus: שְׁמָם nomen ipſorum, Gen. 5. v. 2., בִּשְׁמָם nominis ipſorum (recordabuntur), Hoſe. 2. v. 19 *Plural.* שֵׁמוֹת nomina, Gen. 2. verſ. 20. *Cum præfix.* בְּשֵׁמֹת, *&* בְּשֵׁמוֹת, Num. 1. v. 17., 4. v. 32. in nominibus, per nomina, *ſive* nominatim: כִּשְׁמוֹת juxta nomina, Gen. 26. v. 18. *Conſtr.* שְׁמוֹת nomina, Gen. 25. v. 13., לִשְׁמוֹת pro nominibus, Num. 26. v. 55. *Cum affix.* שְׁמֹתָם nomina ipſorum, Gen. 25. v. 16. *& fœm.* שְׁמוֹתָן nomina ipſarum, Ezech. 23. v. 4., בִּשְׁמֹתָם in nominibus ipſorum, Gen. 25. v. 13.

שֵׁם Scém, *nom. propr. filii primogeniti Noe*, Geneſ. 5. verſ. 32.

שֻׁם *m. Chald.* nomen. *Sed cum affixis* שׁ *habet* Scevá, *ut Hebraice*: בְּשֻׁם in nomine, Eſdr. 5. v. 1. כְּשֻׁם אֱלָהִי juxta nomen Dei mei, Dan. 4. v. 5. *Cum affix.* דִּי שְׁמֵהּ cujus nomen erat, Dan. 2. vv. 20. 26., 4. vv. 5. 16., 5. v. 12. *Plur. Fœm.* מַן־אִנּוּן שְׁמָהָת quæ ſunt nomina, Eſdr. 5. v. 4. *Cum affix.* שְׁמָהָתְהֹם nomina eorum, Eſdr. 5. v. 10.

שָׁם Adverbium , *quod variis redditur modis pro locorum diverſitate , nempe* , huc , *ut* 2. Reg. 19. v. 32. , Jerem. 22. v. 11. , *&* illuc , eo , *ut* Deut. 1. v. 37. , *item* ibi , illic , iſtic , *ut* Pſal. 133. v. 3. , Jerem. 2. v. 6. . *Quando autem præcedit relativum* אֲשֶׁר *ipſum etiam* שָׁם *relativum ſenſum habet , videl.* ubi , *ut* : אֲשֶׁר־הָיָה שָׁם אָהֳלֹה ubi fuerat tentorium ejus , Gen. 13. v. 3. *item* quo , *ut* : אֲשֶׁר לֹא־שְׁלָחֲ אֲדֹנִי שָׁם quo non miſit , *ſive* miſerit Dominus meus , 1. Reg. 18. v. 10. *item* in quo , *ſive* in qua : *ut* אֲשֶׁר שָׁם בְּרִית יְהוָה in qua (*arca*) fœdus Domini , 2. Paral. 6. v. 11. *Sed* אֲשֶׁר־עָשָׂה שָׁם quod fecerat ibi , Gen. 13. v. 4. *ita & aliis in locis reddendum* : *Et cum aliis particulis* , *ut* : אֲשֶׁר אֵין־שָׁם ubi non , Exod. 12. v. 30. , Jud. 18. v. 10. *Cum* ה *paragog.* שָׁמָּה ubi , Gen. 23. v. 13. , Iſa. 34. v. 15. *item* eò , illuc , Gen. 19. v. 20. , Job. 1. v. 21. ; אֲשֶׁר הוֹרִדֻהוּ שָׁמָּה qui deportaverant eum illuc , *ſive* eò , Gen. 39. v. 1. , אֲשֶׁר אִוָּעֵד לָכֶם שָׁמָּה ubi conveniam vobiſcum , Exod. 29. v. 42. , אֶל אֲשֶׁר־יֵצֵא לוֹ שָׁמָּה הַגּוֹרָל quocumque exierit cuiquam ſors , Num. 33. v. 54. , אֶל אֲשֶׁר יִהְיֶה־שָׁמָּה הָרוּחַ לָלֶכֶת quocumque erat animus eundi , Ezech. 1. v. 12. *ita ibidem* v. 20. *cum particula* עַל . *Cum præfix.* מִשָּׁם inde , illinc , Gen. 2. v. 10. , 11. v. 8. *&c. item* unde , Jud. 19. v. 18. *ita cum relativo* אֲשֶׁר מִשָּׁם unde : *ut* אֲשֶׁר יָצְאוּ מִשָּׁם פְּלִשְׁתִּים unde egreſſi ſunt Philiſtiim , Gen. 10. v. 14. , שֶׁשָּׁם עָלוּ illuc , *ſive* quó , *vel* nam eò aſcenderunt , Pſal. 122. v. 4.

שָׁמַיִם *m. d.* Cælum , Cæli . *Formam habet* dualem , *quaſi à* מַיִם *ab* aquis , *quæ duplices* , *ſuperiores* , *& inferiores* . *Hinc etiam compoſitum volunt* , *quaſi ex* שָׁם illic , מַיִם aquæ , *ſcil. ſunt* , *vel ſubſiſtunt* . *Quidam à* שָׁאָה ſtupere , (*ut in Hithpahel ſignificat*) , *&* מַיִם , *quòd* ſtupendo modo aquæ illic *ſuſpenſæ hæreant* , *donec Dei nutu demittantur* : *vel* , *quia homines* obſtupeſcunt *de ejus opificio* . *Quidam ab* אֵשׁ , *&* מַיִם ab igne , *&* aqua . *Utrumque Talmudici afferunt in* Chagiga cap. 2. fol. 12. *Hactenus Buxtorfius* . *Verum Joa. Simon in Lexico arbitratur* , τὸ שָׁמַיִם *derivandum à* שָׁמָה , *quod* , *ut dictum eſt* , *Arabibus ſonat* altus fuit , *ideoque* remotus ; *unde* cæli *ab* altitudine ,

ſub

ſub forma dualis *ob* geminum cælum, aëreum, *&* ſidereum. *Porro Aben Eſra vult, ſemper eſſe* duale, *&* *affixum ſingulare, quod ei reſpondet* Job. 38. v. 33. *diſtributivè ſumendum eſſe, reſpectu* cœli ſuperioris, *&* inferioris. *Aſſumit* ה *locale, ut,* הַשָּׁמַיְמָה cælum verſus, Gen. 15. v. 5. *Conſtr.* שְׁמֵי הַשָּׁמַיִם cæli cælorum, Pſal. 148. v. 4. *Cum affix.* שָׁמָיו cæli ejus, Deut. 33. v. 28. שָׁמֶיךָ cæli tui, Deut. 28. v. 23.

שְׁמַיָּא *m. d. Chald. in ſtatu emphat.* cælum, cæli, Jerem. 10. verſ. 11., Dan. 2. v. 18. *&c Metonymice ſignificat* Deum *ipſum* : *ſic* Dan. 4. v. 23. דִּי שַׁלִּטִן שְׁמַיָּא quod dominantur cæli, *i. e.* Deus cælos inhabitans. *Sic apud Rabbinos, & Talmudicos* שָׁמַיִם *paſſim pro* Deo *ipſo uſurpatur* : *& inde locutio*, è cælo, an ab hominibus, *i. e.* à Deo : *Sic apud* Lucam 15. v. 18. peccavi in cælum, & coram te.

שְׁמְאֵבֶר Sceméver, *nom. propr. viri*, Gen. 14. v. 2.

שִׁמְאָה Scimeah, *& juxta Vulg.* Samaa, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 8. v. 32.

שְׁמוּאֵל *&* שְׁמאוּל *Vide infra in* שָׁמַל.

שְׁמוּאֵל Scemuél, *& juxta Vulgat.* Samuel, *nom. propr. prophetæ filii Elcanæ, & etiam aliorum virorum*, Num. 34. v. 20., 1. Sam. 1. v. 20., 1. Paral. 6. v. 18., 7. verſ. 2.

שִׁמְאָם Scimeám, *& juxta Vulgat.* Samaam, *vel* Samaan, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 9. v. 38.

שַׁמְגַּר Scamgár, *nom. propr. viri*, Jud. 3. v. 31.

שמד Perdidit, diſperdidit, delevit, *in Kal inuſitatum*. *Niph. præter.* וְנִשְׁמַד & perdetur, diſſipabitur, Jerem. 48. v. 8. *Fem.* נִשְׁמְדָה perdita eſt, Jud. 21. v. 16., וְנִשְׁמַדְתִּי & perdar, delebor, Gen. 34. v. 30. *Plur.* נִשְׁמְדוּ delebuntur, Pſal. 37. v. 38., נִשְׁמַדְנוּ perditi ſumus, perderemur, 2. Sam. 21. v. 5., *ubi Vulg. vertit*, delere debemus; *videtur legiſſe in Futur. Kal cum affix. ita ſcil.* נַשְׁמִדֶנּוּ delebimus eum : *Infin.* הִשָּׁמֵד diſperdendo, perdendo, Deut. 4. v. 26. *Cum affix.* עַד הִשָּׁמֶדְךָ donec delearis tu, Deut. 28. v. 20., עַד הִשָּׁמְדָךְ donec delearis tu, Deut. 28. verſ. 24., עַד הִשָּׁמְדָם donec diſperdantur illi, Deut. 7. v. 23., לְהִשָּׁמְדָם ut diſſipentur, ut intereant ipſi,

Ooooo Pſal.

Pſal. 92. v. 8. *Futur.* יִשָּׁמֵד perdetur, peribit, Prov. 14. v. 11. *Plur. cum* Nun *paragog. & in pauſa* תִּשָּׁמֵדוּן diſperdemini, Deut. 4. v. 26. *Hiph* הִשְׁמִיד perdidit, diſperdidit, delevit, contrivit: *Præt.* הִשְׁמִיד אֶת־הַחֹרִי perdidit Choræos, Deut. 2. v. 22. *Cum affix.* וְהִשְׁמִידְךָ & perdat te, Deut. 6. v. 15. *Aliud vide in Infin.* הִשְׁמִידוֹ perdidit eum, Deut. 4. v. 3. *Aliud vide in Infin.* הִשְׁמַדְתִּי perdidi, Amos. 2. v. 9., וְהִשְׁמַדְתִּי & perdam, Levit. 26. v. 30. *& cum affix.* וְהִשְׁמַדְתִּיו & perdam, delebo eum, Ezech. 14. v. 9. *Plur.* הִשְׁמִידוּ diſperdiderunt, Pſal. 106. v. 34. *& cum affix.* הִשְׁמִידָם, Deut. 2. v. 23., perdiderunt, deleverunt eos: *Infin.* הַשְׁמֵד (in ſcopa) perdendi, *ſive, nominaliter*, perditionis, Iſa. 14. v. 23. *Aliud vide in Imper. & cum* Jod, הַשְׁמִיד perdendo, Amos 9. v. 8. *&* לְהַשְׁמִיד perdere, ad perdendum, Deut. 9. v. 8. *&c.*, *item cum* Chirek *tantum in fine*, *abſque* Jod, *&* ה, לַשְׁמִד ut perderet, Iſa. 23. v. 11. *Cum affix.* לְהַשְׁמִידֵנוּ ad perdendum nos, Deut. 1. verſ. 27., *& ſervata forma Præteriti*, עַד הִשְׁמִידְךָ אֹתָם uſque ad perdere te eos, *i. e.* donec tu perdas, conteras eos, Deut. 7. v. 24. *ita ſub eadem Præteriti forma*, עַד הִשְׁמִידוֹ אֹתָךְ, Deut. 28. v. 48. donec ipſe diſperdat te:, עַד הַשְׁמִידוֹ donec diſperdat ipſe, Joſ. 23. verſ. 15. לְהַשְׁמִידוֹ ad perdendum eum, Deut. 9. v. 20., כִּי לְמַעַן הַשְׁמִידָם ſed ut diſperderet eos, Joſ. 11. v. 20. *&* עַד־הִשְׁמִדָם אוֹתָם, Joſ. 11. v. 14. uſque dum ipſi perdiderunt eos: לְהַשְׁמִידָם ad perdendum, *ſive* ut diſperderet eos, Pſal. 106. v. 23. *Imper.* הַשְׁמֵד diſperde, Deut. 33. v. 27. *Futur.* אַשְׁמִיד, Ezech. 34. v. 16. perdam, *ita Recentiores cum Maſſorethis: At Vulg. aliique legerunt* אֶשְׁמֹר *à* שָׁמַר cuſtodivit; *vertunt enim*, cuſtodiam, conſervabo: וְאַשְׁמִיד & perdidi, contrivi, Amos 2. v. 9., *Cum affix.* אַשְׁמִידְךָ perdam, conteram te, Ezech. 25. v. 7. וְאַשְׁמִידֵם & perdam, conteram eos, Deut. 9. v. 14., תַּשְׁמִיד perdes, perdas, 1. Sam. 24. v. 22. *& cum affix.* וְתַשְׁמִידֵם & perdes, conteres eos, Thren. 3. v. 66., וַתַּשְׁמִידֵם & perdidiſti, contriviſti eos, Iſa. 26. v. 14., יַשְׁמִיד perdet, delebit, Deut. 31. v. 3. *& abſque* Jod, וַיַּשְׁמֵד & perdidit, delevit, 2. Reg. 10. v. 28. *& cum affix.* יַשְׁמִידֵם perdet, conteret

teret eos, Deut. 9. v. 3., *item* perdidit, delevit eos, Deut. 2. v. 21. *Plur. cum* ה *paragog.* וְנַשְׁמִידָה & perdemus, perdamus, 2. Sam. 14. v. 7., יַשְׁמִידוּ perdant, 2. Sam. 14. v. 11. *& cum affix.* וַיַּשְׁמִידֻם perdiderunt eos, Deut. 2. v. 12.

שְׁמַד *Peal Chald. unde Infin. τῦ Aphel* לְהַשְׁמָדָה, Dan. 7. v. 26. perdendo, ad perdendum; *Vulg. vertit*, & conteratur.

שֶׁמֶד Sceméd, *& juxta Vulg.* Samad, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 8. v. 12.

שְׁמִידָע Scemidáhh, *nom. propr. viri*, Num. 26. v. 32., 1. Paral. 7. v. 19.

שְׁמִידָעִי Scemidahhí, *& juxta Vulg.* Semidaita, *nom. patronymicum à* שְׁמִידָע, Num. 26. v. 32.

שָׁמָה *Radix Hebræis inuſit. Nam, quæ ex hac radice dimanare videntur, ſunt referenda partim ad* יָשֵׁם, *partim ad* שָׁמַם. *Sed* שָׁמָּה, *cum* ה *ſcil. paragog. vide ſupra in Adverbio* שָׁם *pag.* 1678. *&* שַׁמָּה ſtupor *&c. vide infra poſt* שָׁמַם: *item cum affix,* שָׁמָּה *in* שֵׁם *pag.* 1677. *&* שְׁמָה *vide ibidem in* שֻׁם *Chald. Plur.* שֵׁמוֹת *vide in Inſin. verbi* שמם *& in nomine* שַׁמָּה, *quod poſt idem verbum ponitur*: שְׁמוֹת *vero cum præfix. & affix. vide ſupra in* שֵׁם *pag.* 1678. *Sunt tamen, qui à Radice* שָׁמָה, *ſed ſenſu Arabico accepta, putant derivanda Adverbium* שָׁם ibi, illic, *&c. item duale* שָׁמַיִם cæli, *de quibus ſupra pag.* 1678. *Vide etiam, quæ mox ſequuntur.*

שַׁמָּה Scammáh, *nom. propr. virorum*, Gen. 36. v. 13., 1. Sam. 16. v. 9., 1. Paral. 1. v. 37.

שַׁמּוֹת Scammóth, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 11. v. 27.

שְׁמָהָת *fæm. Chald. & cum affix.* שְׁמָהָתְהֹם *vide ſupra in* שֻׁם *Chald. pag.* 1677.

שַׁמְהוּת Scamhúth, *& juxta Vulg.* Samaoth, *nom. propr. viri principis*, 1. Paral. 27. v. 8.

שַׁמַּי Scammài, *nom. propr. virorum*, 1. Paral. 2. v. 44., 4. verſ. 17.

שֵׁם *m.* Nomen *vide ſupra pag.* 1676.

שָׂמַח Lætatus, lætus, hilaris fuit: *Metaphoricè*, claruit, luxit, Prov. 13. v. 9. *Unde & lucis nomine ſæpè* læta, *&* proſpera *ſignificantur*, Eſth. 8. v. 16. *Conſtruitur cum præpoſit.* ב, ל, מִן, אֶל, עַל, לִפְנֵי: *Hactenus Buxtorfius*. *Præter.* וְשָׂמַח בְּלִבּוֹ & lætabitur in corde ſuo, Exod. 4. v. 14., וְשָׂמֵחַ & lætabitur, gaudebit, Prov. 29. v. 6., וְשָׂמַחְתָּ & lætaberis, Deut. 12. v. 18., שָׂמַחְתִּי lætatus ſum, Pſal. 122. v. 1. *Plur.* שָׂמְחוּ, Pſal. 35. v. 15. *& in pauſa* שָׂמֵחוּ, Nehem. 12. v. 43., gaviſi, lætati ſunt: *Infin. cum præfix.* כִּשְׂמֹחַ כָּל־הָאָרֶץ, Ezech. 35. v. 14., juxta gaudere, lætari, *i. e.* cùm lætabitur omnis terra: לִשְׂמוֹחַ, *&* לִשְׂמֹחַ ad lætandum, *ſive* lætari, Pſal. 106. v. 5., Eccl. 3. v. 12. *Imper.* שְׂמַח, Eccl. 11. v. 9. *& Fæm.* שִׂמְחִי, Soph. 3. v. 14. *& in pauſa* שְׂמָחִי, Joel. 2. v. 21., lætare: *Plur.* שִׂמְחוּ lætamini, Pſal. 32. v. 11. *Futur.* אֶשְׂמַח, Pſal. 104. v. 34. *& cum* ה *paragog.* אֶשְׂמְחָה, Pſal. 9. v. 3. lætabor, gaudebo: אַל־תִּשְׂמַח, Hoſe. 9. v. 1. *& in pauſa* אַל־תִּשְׂמָח, Prov. 24. v. 17. *& fæm.* אַל־תִּשְׂמְחִי, Mich. 7. v. 8., nè læteris, nè gaudeas: יִשְׂמַח, Pſal. 14. v. 7. *& in pauſa* יִשְׂמָח, Pſal. 109. verſ. 28., lætabitur: *Fæm.* תִּשְׂמַח lætabitur, Jerem. 31. v. 13., וַתִּשְׂמַח & lætata eſt, Pſal. 97. v. 8. *Plur. cum* ה *paragog.* נִשְׂמְחָה lætabimur, Pſal. 66. v. 6., יִשְׂמְחוּ, Pſal. 67. v. 5. *& in pauſa* יִשְׂמָחוּ, Pſal. 34. v. 3., lætentur: וַיִּשְׂמְחוּ, Pſal. 107. v. 30.. *& in pauſa* וַיִּשְׂמָחוּ, Nehem. 12. v. 43., & lætati ſunt: *Fæm.* פֶּן־תִּשְׂמַחְנָה nè lætentur, 2. Sam. 1. v. 20. *Pih.* שִׂמַּח lætificavit, lætitia affecit, exhilaravit: *Præter.* וְשִׂמַּח אֶת־אִשְׁתּוֹ & exhilaret uxorem ſuam, Deut. 24. v. 5. *Cum affix.* שִׂמְּחָהוּ exhilaravit, lætificavit eum, Jerem. 20. v. 15., שִׂמְּחָם lætificavit, lætitia affecit eos, 2. Paral. 20. v. 27., שִׂמַּחְתָּ lætitia affeciſti, Pſal. 30. v. 2. *& cum affix.* שִׂמַּחְתַּנִי lætitia affeciſti me, Pſal. 92. v. 5., שִׂמַּחְתִּי *vide infra in nomine* שִׂמְחָה: *Cum affix.* וְשִׂמַּחְתִּים מִיגוֹנָם & lætificabo eos à mœſtitia ipſorum, Jerem. 31. v. 13. *Plur. cum affix.* שִׂמְּחוּךָ lætificarunt, lætitia affecerunt te, Pſal. 45. v. 9. *Partic.* הַמְשַׂמֵּחַ lætificans, Jud. 9. verſ. 13. *Plur. conſtr.* מְשַׂמְּחֵי־לֵב lætificantia cor, Pſal. 19. v. 9. *Infin.* שַׂמֵּחַ lætificando, *& juxta Vulg.* quaſi gaudio, Jerem. 20. v. 15.

Imper.

Imper. שַׂמַּח lætifica, Pſal. 86. v. 4., Prov. 27. v. 11. *&* *cum affix.* שַׂמְּחֵנוּ, Pſal. 90. v. 15. lætifica, exhilara nos, *ita Pagninus, aliique cum Maſſoretis: At Græci, atque Vulg. videntur legiſſe in prima perſona plur. præteriti, videl.* שִׂמַּחְנוּ; *nam verterunt*, lætati ſumus: *Futur.* יְשַׂמַּח lætificat, Pſal. 104. v. 15., Prov. 10. v. 1., וַיְשַׂמַּח & lætificavit, Thren. 2. v. 17. *item cum affix. &* Nun *epenthet.* יְשַׂמְּחֶנָּה lætificat, *ſive* lætificabit eum, Prov. 12. v. 25. *Plur.* יְשַׂמְּחוּ exhilarabunt, lætificabunt, *ſive* lætificant, Pſal. 46. v. 5. *Hiph. Præter.* הִשְׂמַחְתָּ lætificaſti, Pſal. 89. verſ. 43.

שָׂמֵחַ *m.* Lætans, lætus, gaudens, hilaris, Prov. 15. v. 13. *Plur.* שְׂמֵחִים, 1. Reg. 1. v. 45. *& cum præfix.* הַשְּׂמֵחִים, Prov. 2. verſ. 14., læti, lætantes, gaudentes: *Conſtr.* שְׂמֵחֵי, Pſal. 35. v. 26., *&* שִׂמְחֵי, Iſa. 24. v. 7. læti, lætantes.

שְׂמֵחָה *f.* Læta, lætans, gaudens, Pſal. 113. v. 9. *item* וְשָׂמֵחָה, Eſth. 8. v. 15., & læta; *Vulg. tamen, aliiſque eſt præter.* & læta fuit. *Vide aliud, quod ſequitur.*

שִׂמְחָה *f.* Lætitia, gaudium, hilaritas, 1. Reg. 1. v. 40. *&c.* *Cum præfix.* הַשִּׂמְחָה lætitia, Eſdr. 8. v. 15., בְּשִׂמְחָה cum gaudio, Gen. 31. v. 27., in lætitia, Eccl. 9. v. 7., לְשִׂמְחָה in hilaritatem, lætitiam, Eſth. 9. v. 22., lætitiæ, gaudio, *ſive* ad lætitiam, gaudium, Eccl. 2. verſ. 2. *Conſtr.* שִׂמְחַת אֶל־אֵל שִׂמְחַת ad Deum lætitiæ, Pſal. 43. v. 4., בְּשִׂמְחַת גּוֹיֶךָ in lætitia gentis tuæ, Pſal. 106. v. 5. כְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר ſecundum lætitiam in meſſe, Iſa. 9. v. 2., לְשִׂמְחַת in lætitiam, Jerem. 15. v. 16. *Cum affix.* רֹאשׁ שִׂמְחָתִי caput lætitiæ meæ, Pſal. 137. v. 6., כְּשִׂמְחָתְךָ juxta gaudium, *ſive* lætitiam tuam, Ezech. 35. v. 15., וּבְיוֹם שִׂמְחַתְכֶם, Num. 10. v. 10., in die lætitiæ veſtræ: בְּשִׂמְחַתְכֶם in lætitia veſtra, Iſa. 66. v. 5., וּבְשִׂמְחָתוֹ & in gaudio ejus, Prov. 14. v. 10. *Plur.* שֹׂבַע שְׂמָחוֹת אֶת־פָּנֶיךָ ſatietas lætitiarum *eſt* cum vultu tuo, Pſal. 16. v. 11.

שמט Miſit, miſſum fecit, reliquit, dimiſit, remiſit, demiſit, deturbavit: *Item* omiſit, intermiſit, intermiſſionem fecit: *Præter. cum* ה *paragog.* וְשָׁמַטְתָּה, Jerem. 17. v. 4. & intermiſſionem facies, *ſive* omittes, *vel juxta* alios

alios & dimittes, *i. e. vacabis hæreditate tua; Vulg. vertit*, & relinqueris: *Plur.* כִּי שָׁמְטוּ הַבָּקָר, 2. Sam. 6. v. 6., 1. Paral. 13. v. 9. *variè redditur locus iſte: Buxtorfius habet*, quia dimiſerant (*arcam*) boves, *& ſic Chaldæus vertit: R. Salomon addit affixum*, שְׁמָטוּהָ amoverant eam: *Alii reddunt*, declinabant boves, *vel* dimittebantur, *ſive* dimiſſi erant *ſubter arcam: Vulg. habet*, quoniam calcitrabant boves, & declinaverunt eam: *item alio loco*, bos quippe laſciviens paullulum inclinaverat eam: *Infin.* שָׁמוֹט remittendo, *ſcil.* remittat, Deut. 15. v. 2. *Imper. plur. cum affix. & cum* Vau *in fine, juxta Maſſorethas, redundante*, שִׁמְטוּהוּ demittite eam, *vel* deorſum mittite, præcipitate eam, 2. Reg. 9. v 33. *Futur. cum affix &* Nun *epenthet.* תִּשְׁמְטֶנָּה, Exod. 23 v. 11., omittes, relinques, dimittes eam: *Plur. cum affix.* וַיִּשְׁמְטוּהָ & demiſerunt, *ſive* deorſum præcipitarunt eam, 2. Reg. 9. v. 33. *Niph. præter. plur.* נִשְׁמְטוּ demiſſi, *vel* relicti ſunt, *& juxta Vulg.* abſorpti ſunt, Pſal. 141. v. 6. *Hiph. Futur.* תַּשְׁמֵט יָדֶךָ, Deut. 15. v. 3., dimittes, *ſive* remittes, intermittes manum tuam; *Aliis vero eſt tertia perſona generis fœm. redditurque*, omittat, relinquat, remittat manus tua.

שְׁמִטָּה *f.* Intermiſſio, omiſſio, dimiſſio, remiſſio, Deut. 15. vv. 1. 2. *Et cum præfix.* הַשְּׁמִטָּה, Deut. 15. vv. 2. 9., 31. v. 10. *Sic vocatur* Annus ſeptimus, *quo omne* opus agricolationis intermittitur. *Ut autem* שַׁבָּת *ſignificat* ſeptimum diem ſeptimanæ, *&* ſeptem dies ſeptimanæ, *i. e.* ſeptimanam integram; *ſic Rabinis* שְׁמִטָּה *&* ſeptimum annum, *&* integros ſeptem annos, *i. e.*, totius hebdomadis annalis *complexum denotat: Hactenus Buxtorfius: Septimo etiam quovis anno debita* remittebantur.

שְׂמַךְ *Radix Hebræis inuſitata: Inde* שְׂמִיכָה *f.* pallium, velum, operimentum, ſtragula villoſa, *quæ supernè imponitur. Kimchi ſcribit, eſſe* tegumentum craſſum, *ex quo utrinque exeunt* ציצית של צמר villi, *ſive* flocci lanæ. *Occurrit cum præfix. ita:* וַתְּכַסֵּהוּ בַּשְּׂמִיכָה & operuit eum ſtragula, *ſive* tegumento, pallio, Jud. 4. v. 18. *Sed, cum puncto ſupra* ש *à latere dextero, ut ſequitur*

שְׁמַיָּה

* שְׂמִכָה, *unde* בְּשְׂמִכָה *Dictio eſt compoſita, quam vide ſupra in* שׂם *pag* 1677

שמל *Radix Hebræis in Kal, & Pihel inuſitata: Hiph.* הִשְׂמִיל ſiniſtram petiit, ad ſiniſtram, *ſive* ad ſiniſtrum latus flexit, deflexit, divertit, *q. d.* ſiniſtravit: *Item* ſiniſtra manu egit, ſiniſtra uſus eſt: *Sunt, qui verbum hoc à nomine* שְׂמֹאל, *de quo mox infra, efformatum putant. Partic. plur. cum* א *epenthet.* מַיְמִינִים וּמַשְׂמְאִלִים, 1. Paral. 12. v. 2. dextera, & ſiniſtra manu agentes, *ſive* jacientes (lapides): *Infin cum præfix. abſque* א, וּלְהַשְׂמִיל & ad ſiniſtrum latus, *ſive* ad ſiniſtram flectendum, deflectendum, 2. Sam. 14. v. 19. *Imper. fœm.* הַשְׂמִילִי pete ſiniſtram, *ſive* ad latus ſiniſtrum deflecte, vade, Ezech. 21. v. 21. *Futur. cum* ה *paragog.* וְאַשְׂמְאִילָה & ſiniſtram petam, *ſive* ad ſiniſtram, ad ſiniſtrum latus deflectam, Gen. 13. v. 9. *Plur.* תַּשְׂמְאִילוּ ad ſiniſtram, *ſive* ſiniſtrum latus deflectetis, declinabitis, Iſa. 30. v. 21.

שְׂמֹאל *m.* Siniſtra manus, pars, *vel* latus ſiniſtrum: א *ponitur loco* Vau, *ut ſcribit Kimchi, quod ex abundanti quandoque abjicitur:* וְאֶפְנֶה et reſpiciam (ad dexteram), או עַל־שְׂמֹאל aut ad ſiniſtram. Gen. 24. v. 49. *Et cum* Vau *otioſo, ex* Cholem *relicto*, עַל־שְׂמֹאול ad ſiniſtram, 2. Reg. 23. v. 8. *Sed* שְׂמֹאול, Job. 23. v. 9. *juxta quoſdam, eſt adverbium*, ſiniſtrorſum: *Cum præfix.* הַשְּׂמֹאל, Gen. 13. v. 9. *&* הַשְּׂמֹאול, 1. Paral. 6. v. 29. (ad) ſiniſtram: הַשְּׂמָאלִי *vide infra ſuo loco in* שְׂמָאלִי: מִשְּׂמֹאל à ſiniſtra, *ſive* læva, *i. e.*, *ut quidam exponunt*, ab aquilone, *ſive* à parte mundi boreali, Gen. 14. v. 15., אֶל־כָּבוּל מִשְּׂמֹאל ad Chavùl à ſiniſtra parte, *i. e.* ab aquilone, *ſive* ad aquilonem, Joſ. 19. v. 27. *ubi Vulg. vertit*, ad lævam Cabul: מֵהַשְּׂמֹאול à ſiniſtra parte, 2. Paral. 3. v. 17. *Cum affix.* עַל־מִיַּד שְׂמֹאלֶךָ in manu ſiniſtra tua, Ezech. 39. v. 3., שְׂמֹאולֵךְ ad ſiniſtram tuam, Ezech. 16. v. 46., שְׂמֹאלוֹ ſiniſtra ejus, Cant. 2. v. 6., בִּשְׂמֹאלוֹ in ſiniſtra ſua, Gen. 48. v. 13., לִשְׂמֹאלוֹ ad ſiniſtram illius, Eccl. 10. v. 2., וּמִשְּׂמֹאלוֹ & à ſiniſtra ejus, Nehem. 8. v. 4., וְעַל־שְׂמֹאולָהּ & ad ſiniſtram ejus, Zach. 4. v. 11., בִּשְׂמֹאולָהּ in ſiniſtra illius, Prov. 3. v. 16., בְּיַד־שְׂמֹאולָם in manu ſiniſtra

ipſorum, Jud. 7. v. 20., וּמִשְּׂמֹאלָם & à læva, à ſiniſtra eorum, Exod. 14. v. 22.

שְׂמָאלִי Siniſter: *Sed* שַׂמְלַי *nom. propr. vide infra. Cum præfix.* הַשְּׂמָאלִי ſiniſter, ſiniſtrum, *ſive* qui, *vel* quod eſt ad latus ſiniſtrum, 1. Reg 7. v. 21. *Fœm.* וְעַל־כַּף הַכֹּהֵן & ſuper manum ſacerdotis הַשְּׂמָאלִית ſiniſtram, Levit. 14. verſ. 15.

שִׂמְלָה *f.* Toga, pallium, veſtimentum, veſtis, *propriè externa, qua quis* operitur, *ſive, ut notat Joa. Simon, qua corpus, maximè vero* latus ſiniſtrum cingitur, & circumdatur, *ut* dextera manus *libera maneat*, Iſa. 3. vv. 6. 7. *Idem autem Simon arbitratur*, veſtem *dictam* שִׂמְלָה *à* שָׂמַל, *quod Arabis ſonat*, undique comprehendit, cinxit, circumdedit, ambivit: *Cum præfix.* הַשִּׂמְלָה veſtimentum, pallium, Gen. 9. v. 23., בַּשִּׂמְלָה in veſtimento, veſte, pallio, 1. Sam. 21. v. 10. *Conſtr.* שִׂמְלַת אִשָּׁה veſtimento, veſte mulieris, *ſive* muliebri, fœminea, Deut. 22. v. 5. *Cùm affix* וְשִׂמְלֹתֵנוּ נִלְבַּשׁ & veſtimentis noſtris operiemur, Iſa. 4. v. 1., שִׂמְלָתְךָ veſtimentum tuum, Deut. 8. v. 4., שִׂמְלָתוֹ veſtimentum ejus, Exod. 22. v. 26., לְשִׂמְלָתוֹ de veſtimento ejus, Deut. 22. v. 3. *Plur.* שְׂמָלֹת veſtes, Gen. 45. v. 22. *&c Cum affix.* שִׂמְלֹתֵיכֶם veſtimenta veſtra, Gen. 35. v. 2., שִׂמְלֹתָיו veſtimenta ſua, Gen. 37. verſ. 34., שִׂמְלֹתָם veſtimenta ſua, Gen. 44. v. 13., בְּשִׂמְלֹתָם in veſtibus, *ſive* in palliis ſuis, Exod. 12. v. 34.

שַׂמְלָה Samláh, *nom. propr. regis in Edom*, Gen. 36. v. 36.

שַׂמְלַי Scamlái, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 46.

שָׁמֵם Vaſtus fuit, *vel* factus eſt, deſolatus, vaſtatus eſt, *& active* deſolavit: *Item metaphoricè, cum* ad animum *refertur*, obſtupuit, *q. d.* mente vaſtatus, *&* diſturbatus eſt; *& ſic, ut notat Buxtorfius, conſtruitur cum præpoſitione* עַל. *Aliud, ſed cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro, videl.* שָׂמַם *vide infra ſuo loco. Præter. fœm.* עַל אֲשֶׁר־שָׁמֵמָה eò quòd deſolata, diſſipata fuerit, Ezech. 35. v. 15. *Plur.* שָׁמְמוּ עָלֶיךָ obſtupuerunt ſuper te, Iſa. 52. v. 14. *& ita* Ezech. 27. v. 35., 28. v. 19. *item in pauſa, & cum* ה *redundante*, שָׁמֵמָה, Ezech. 35. v. 12., *ubi Maſſorethæ notant legendum* שָׁמֵמוּ, deſolati ſunt: וְשָׁמְמוּ & obſtupeſcent,

שִׂנְאָה *f.* Odium, Pſal. 108. verſ. 3. *&c. Cum præfix.* הַשִּׂנְאָה odium, 2. Sam. 13. v. 15., בְּשִׂנְאָה in odio, cum odio, Ezech. 23. v. 29. *Conſtr.* שִׂנְאַת odium, Pſal. 25. v. 19., בְּשִׂנְאַת in odio, propter odium, Deut. 1. v. 27. *Cum affix. & Jod redundante,* מִשִּׂנְאָתֶיךָ בָּם propter odium tuum in eos, Ezech. 35. v. 11. *Sunt tamen, qui arbitrantur,* Jod *hoc in loco pluralem numerum indicare, ſicut & in* כָּל־תְּהִלָּתֶיךָ (ut annuntiem) omnes laudes tuas, Pſal. 9. v. 15., וּמִשִּׂנְאָתוֹ אוֹתָם & propter odium ſuum (adverſus) eos, *i. e.* & quia odit ipſe illos, Deut. 9. v. 28.

שְׂנִיאָה *fœm.* Exoſa, deſpecta, odioſa: *Cum præfix.* לַשְּׂנִיאָה odioſæ, Deut. 21. v. 15.

שִׁנְאָב Scináv, *& juxta Vulg.* Sennab, *nom. propr. regis Adamæ*, Gen. 14. v. 2.

שִׁנְאָן *f. Vide infra poſt* שָׁנָה.

שֶׁנְאַצַּר Scenatzár, *& juxta Vulg.* Sennesér, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 3. v. 18.

שָׁנַב *Radix Hebræis Inuſitata: Arabis vero ſonat,* frigidus fuit; *vel potius per metatheſin dicitur pro* נָשַׁב flavit, perflavit: *Hactenus Joa. Simon. Inde cum* א *heemantico eſt nomen, quod ſequitur.*

אֶשְׁנָב *m.* Feneſtra, feneſtella, ſpiraculum, foramen ſemper apertum, *per quod aura frigidior* continuò perſpirat, perflat, frigidarium, *ita quidam cum Buxtorfio, & Joa. Simone exponunt. Cum præfix.* בְּעַד הָאֶשְׁנָב, Jud. 5. v. 28. per feneſtram, *ſive* feneſtellam, *& juxta alios* per frigidarium. *At multi vertunt,* per cancellos; *cui interpretationi favet LXX. verſio, quæ ſic habet* διὰ τῆς δικτυωτῆς, *i. e.* reticulata, *&* cancellata feneſtra, *prout Heſych. Suidas, & Phavorinus apud Matth. Polum explicant: Vulg. reddit* & de cœnaculo: *Cum affix.* בְּעַד אֶשְׁנַבִּי, Prov. 7. v. 6., per feneſtram, *ſive* feneſtellam meam, *juxta quoſdam: Sed alii habent,* per cancellos meos.

שָׁנָה *Significat propriè*, tranſiit, *ut Syr.* שנא: *Et cum* tranſitus *fieri poſſit vel* à ſtatu priori in alium, *vel* ab una actione in alteram; *hinc* שָׁנָה *latinè ſonat*: I. Mutavit ſe, mutatus eſt, in diverſum abiit. II. Iteravit, ſecundo fecit. *Præter.* וְלֹא־שָׁנָה לוֹ, 2. Sam. 20. v. 10. & non iteravit ei: שָׁנִיתִי mutor, Malach. 3. v. 6. *Partic.* וְשֹׁנֶה בְדָבָר & iterans, *vel*, *&* *quidem rectius*, mutans, *i. e.* rem, *ut habet Vulg.* altero ſermone repetens, Prov. 17. v. 9. *item* שׁוֹנֶה iterans, Prov. 26. v. 11. *Plur.* עִם־שׁוֹנִים cum in diverſum, *ſive* in duas partes abeuntibus, Prov. 24. verſ. 21., *ubi Vulgat. vertit*, & cum detractoribus: וְכֵלִים מִכֵּלִים שׁוֹנִים, Eſth. 1. v. 7., & vaſa à vaſis iterata, *i. e. erant* varia, diverſa: *Fæm. plural.* וְדָתֵיהֶם שֹׁנוֹת & leges eorum diverſæ, Eſth. 3. v. 8 *Imper. plural.* שְׁנוּ ſecundò facite, iterate, 1. Reg. 18. v. 34. *Futur.* אֶשְׁנֶה לּוֹ iterabo, ſecundò faciam ei, 1. Sam. 26. v. 8., יִשְׁנֶא, Thren. 4. v. 1. *ubi* א *eſt loco* ה, mutatur, *&* *juxta Vulg.* mutatus eſt: *Plur.* אִם־תִּשְׁנוּ, Neh. 13. v. 21. ſi ſecundò feceritis, iterabitis: לֹא יִשְׁנוּ non iterabant, Job. 29. v. 22., וַיִּשְׁנוּ & ſecundò fecerunt, iterarunt, 1. Reg. 18. v. 34. *Niph. Infin.* וְעַל הִשָּׁנוֹת הַחֲלוֹם, Gen. 41. v. 32. & propter iterari ſomnium, *i. e.* & propterea iteratum eſt ſomnium; *ſive*, *ut habent LXX.* περὶ δὲ τοῦ δευτερῶσαι, *ſcil.* quod autem iteratum eſt; *Vulg. ſenſum expreſſit*. *Pih. præter.* וְשִׁנָּה, Jerem. 52. v. 33., *&* *cum* א *loco* ה, וְשִׁנָּא, 2. Reg. 25. v. 29., & mutavit: *Partic.* מְשַׁנֶּה פָנָיו mutans faciem ejus, Job. 14. v. 20. *Infin. cum præfix.* לְשַׁנּוֹת mutando, variando, *ſive*, *juxa alios* iterando, Jerem. 2. v. 36. *Cum affix.* בְּשַׁנּוֹתוֹ quum mutavit ipſe, Pſal. 34. v. 1. *Futur.* לֹא אֲשַׁנֶּה non mutabo, *&* *juxta Vulg.* non faciam irrita, Pſal. 89. v. 35., וִישַׁנֶּה דִּין & mutet judicium, *ſive* cauſam, Prov. 31. v. 5. *Et cum* ו *paragog. vel affix. ſed pleonaſtico ex Syriſmo*, וַיְשַׁנּוֹ & mutavit ipſe, 1. Sam. 21. verſ. 14., וַיְשַׁנֶּהָ וְאֶת־נַעֲרוֹתֶיהָ לְטוֹב, Eſth. 2. v. 9. & mutavit eam, & puellas ejus in bonum, *ſive* in optimum, in meliorem partem; *quod quidem poteſt referri non tam* ad habitationem, *quam* ad ornatum; *ut ſenſus ſit*: reddidit eas formoſiores, & elegantiores: *Pyh. futur. cum* א *in*-

fine, *loco* ה, וְעֹז פָּנָיו יְשֻׁנֶּא, Eccl. 8. v. 1. *variè redditur*; *Quidam cum Buxtorſio habent*, robur, *ſive* fortitudo faciei ejus duplicetur, *vel* duplicatur, *id eſt in dies augeſcat*, *confirmeturque*, *& in imaginem rectiſſimi Dei transformetur ex gloria in gloriam*, *ſicut à Domini Spiritu*; *Alii vertunt*, & fortitudo faciei ejus mutabitur, *q. d. feritas*, *barbaries*, *& impudentia*, *ſapientiæ beneficio*, *deponetur è vultu*, *ſive per ſapientiam longè fiet etiam in vultu modeſtior* : *Vulgat. vero reddit*, & potentiſſimus faciem illius immutabit. *Hithpah. præter. fœm.* וְהִשְׁתַּנִּית, 1. Reg. 14. verſ. 2. & mutabis te, diſſimulabis te; *Vulgat. vertit*, & commuta habitum.

שְׁנָה *Chald. ſignificat idem ac Hebr. de quo ſupra* : *Præter.* ר : *plur.* לָא שְׁנוֹ non mutata fuerunt, Dan. 3. v. 27. *Cum affix* שְׁנוֹהִי immutati fuerunt ipſi, Dan. 5. v. 6. *Partic. plur.* שָׁנַיִן, Dan. 5. v. 9. mutati erant, *vel* mutabant ſe, mutati ſunt : *Fœm.* שָׁנְיָה מִן־כָּלְהֵין, Dan. 7. v. 19. diverſa ab omnibus iſtis, *ita Buxtorfius*, *aliique*; *Vulgat. habet*, (quæ erat) diſſimilis valdè ab omnibus : *Plur.* שָׁנְיָן diverſæ, Dan. 7. v. 3. *Futur. cum* א *in fine*, *loco* ה, יִשְׁנֵא diverſus erit, *& juxta Vulg.* potentior erit, Dan. 7. v. 24. *Fœm.* דִּי לָא־תִשְׁנֵא צְבוּ בְּדָנִיֵּאל, Dan. 6. v. 18., ut non mutaretur voluntas, *& juxta Vulgat.* nè quid fieret contra Danielem. *Pahel præter. plur.* וּמִלַּת מַלְכָּא שַׁנִּיו & verbum regis mutaverunt, Dan. 3. verſ. 28. *Partic. fœm.* וְהִיא מְשַׁנְּיָה, Dan. 7. v. 7. *&* ipſa mutata, *i. e.* diverſa, diſſimilis : *Futur. plur.* יְשַׁנּוֹן, Dan. 4. v. 13. mutabunt, *imperſonaliter*, *pro* mutabitur, commutetur. *Ithpahal præter.* אֶשְׁתַּנּוּ, Dan. 3. v. 19., *ubi Maſſorethæ monent*, *legendum* אֶשְׁתַּנִּי mutatus, mutata eſt, *ſcil. forma narium*, *ſive faciei ejus* : *Futur. cum* א *in fine*, *loco* ה, עַד דִּי עִדָּנָא יִשְׁתַּנֵּא, Dan. 2. verſ. 9. donec tempus mutetur, *& juxta Vulgat.* pertranſeat : *Plur.* וְזִיוַי יִשְׁתַּנּוֹן עֲלַי, Dan. 7. v. 28., & ſplendores mei mutati fuiſſent in me, *ita Buxtorfius*; *Vulgat. autem vertit*, & facies mea mutata eſt in me. *Aphel partic.* מְהַשְׁנֵא mutans, Dan. 2. v. 21. *Infin.* דִּי לָא לְהַשְׁנָיָה, Dan. 6. vv. 9. 16. ad non mutandum, ut non immutetur, *ſive* quod non ſit mutandum, *& ita* cap. 7. v. 25.

v. 25. *Item cum* א *in fine loco* ה , לְהַשְׁנָיָא ut mutet, *&* *juxta Vulg.* repugnet, Eſdr. 6. v. 12. *Futur.* דִּי יְהַשְׁנֵא qui mutaverit, Eſdr. 6. v. 11.

שָׁנָה *f.* Annus, *ab* iteratione *dictus*, *quòd*, *ſole ad punctum, unde digredi cœperat, redeunte*, iteretur, *& in ſe ſua per veſtigia ſemper volvatur*, *&* redeat: *Hactenus Buxtorfius*: שָׁנָה שָׁנָה de anno in annum, *i. e.* annuatim, quotannis, Deut. 14. v. 22., *&* שָׁנָה בְּשָׁנָה anno cum anno, *vel* in annum, *i. e.* quotannis, Levit. 25. v. 53., בַּשָּׁנָה in anno, Gen. 17. v. 21., כְּשָׁנָה בְּשָׁנָה ſicut anno in anno, *i. e.* ſicut ſingulis annis, 2. Reg. 17. v. 4., יוֹם לַשָּׁנָה יוֹם לַשָּׁנָה, Num. 14. v. 34. die in, *vel* ad annum, die pro anno, *i. e.* *ſingulis diebus in ſingulos annos verſis*; *Vulg. vertit*, annus pro die imputabitur: *Et* Ezech. 4. v. 6. *redditur* dies pro anno, dies pro anno: *Conſtr.* שְׁנַת annus, Gen. 41. v. 50. *&c.* *Sed* שְׁנַת, *&* שְׁנַת ſomnus, *vide ſupra poſt* יָשֵׁן *in* שֵׁנָה *pag.* 510., שְׁנַת הַחֲמִשִּׁים שָׁנָה, *propriè eſt* iteratio quinquaginta annorum, *ſive* quinquageſimi anni, *quomodo vocatur* annus jubilæus, Levit. 25. vv. 10. 11. *Cum præfix.* בִּשְׁנַת in anno, Gen. 7. v. 11., לִשְׁנַת anno, 2. Paral. 15. v. 10., מִשְּׁנַת ab anno, Levit. 25. v. 50. *Cum affix.* בֶּן־שְׁנָתוֹ, Levit. 12. v. 6., filius anni ſui, *i. e.* anniculus: בַּת־שְׁנָתָהּ, Levit. 14. v. 10., filia anni ſui, *i. e.* annicula. *Dual.* שְׁנָתַיִם duo anni, biennium, Gen. 11. v. 10., 41. v. 1., לִשְׁנָתַיִם ad biennium, poſt biennium, 2. Sam. 13. v. 23. *Plur. m.* שָׁנִים, Gen. 5. v. 6. *& cum præfix.* הַשָּׁנִים, Gen. 41. verſ. 35., anni: שְׁנַיִם *vide infra proprio loco*: בַּשָּׁנִים annis, Levit. 25. v. 51. כְּשָׁנִים ſicut anni, Malach. 3. v. 4., לְשָׁנִים ad annos, per annos, 2. Paral. 11. v. 17. *Conſtr.* שְׁנֵי anni, Gen. 23. v. 1., Exod. 6. v. 18. *Sed* שְׁנֵי duo *vide infra in nomine* שְׁנַיִם: כִּשְׁנֵי ſicut, quaſi anni, Iſa. 16. v. 14. *Cum affix.* שְׁנֵינוּ anni noſtri, Pſal. 90. v. 9., שָׁנָיו anni ejus, Levit. 25. v. 52., וּשְׁנֵיהֶם & anni ipſorum, Job. 36. v. 11. *Plur. fœm.* שְׁנוֹת anni, Deut. 32. v. 7. *Cum affix.* שְׁנוֹתַי, *&* שְׁנוֹתָי, Pſal. 31. v. 11., Iſa. 38. vv. 10. 15. anni mei: יְמֵי־שְׁנוֹתֵינוּ dies annorum noſtrorum, Pſalm. 90. v. 10., שְׁנוֹתֶיךָ, Pſalm. 102. v. 25., *&* שְׁנוֹתָיִךְ, Ezech. 22. verſ. 4. anni tui; שְׁנוֹתָיו anni ejus,

Pſal. 61. v. 7., וּשְׁנוֹתָם & anni eorum, Pſal. 78. v. 33.

שֵׁנָה Somnus, *vide ſub radice* יָשֵׁן *pag.* 510. *Sed* שֵׁנִי *vide infra poſt* שְׁנַיִם *pag.* 1715.

שְׁנַיִם *maſc. d. Numerus cardinalis*, *i. e.* duo, *q. d.* iterata, geminata, Gen. 6. vv. 19. 20. *&c.*, שְׁנַיִם שְׁנַיִם duo duo, *i. e.* bini, bini, Gen. 7. v. 9. *Sequente* עָשָׂר decem, *ſemper ante* ם *loco* Patach *habetur* Tzere; *ita ſcil.* שְׁנֵים־עָשָׂר duodecim, Gen. 17. v. 20. *In pauſa* שְׁנָיִם duo, Gen. 46. verſ. 27. *Cum præfix.* הַשְּׁנַיִם duo, Eccl. 4. verſ. 9. *item*, הַשְּׁנֵים עָשָׂר duodecimus, 1. Paral. 27. v. 15. בִּשְׁנַיִם, Jud. 15. v. 13., *& in pauſa* בִּשְׁנָיִם, Num. 13. v. 23., *item* בַּשְּׁנַיִם, 1. Paral. 11. v. 21., duobus: לִשְׁנַיִם, 1. Paralip. 25. v. 29., *& in pauſa* לִשְׁנָיִם, 1. Reg. 3. v. 25, in duo: *Item* לִשְׁנֵים עָשָׂר הַחֹדֶשׁ duodecimo menſe, 1. Paral. 27. v. 15. *Conſtr.* שְׁנֵי duo, Gen. 1. v. 16. *Cum præfix.* בִּשְׁנֵי in duo, duos, 1. Reg. 2. v. 32., Job. 42. v. 7. *&c.* כִּשְׁנֵי ſicut duo, Cant. 4. v. 5., לִשְׁנֵי duobus, Gen. 9. verſ. 22., מִשְּׁנֵי à, *vel* ex duobus, duabus, Exod. 25. v. 18., *&c.* *Cum affix.* בֵּין שְׁנֵינוּ inter duos nos, *i. e.* inter me, & te, Gen. 31. v. 37., שְׁנֵיכֶם (orbabor) duobus vobis, *ſive* utroque veſtrum, Gen. 27. v. 45., שְׁנֵיהֶם duo ipſi, Gen. 2. v. 25., *&c.* לִשְׁנֵיהֶם duobus, *ſive* ambobus illis, Exod. 26. v. 24., מִשְּׁנֵיהֶם præ duobus, *ſive* præ utroque, Proverb. 27. v. 3. *Fœm.* שְׁתַּיִם, *pro inuſit.* שְׁנְתַּיִם, duæ, duo, Gen. 5. v. 18., *&c. Et in pauſa* שְׁתָּיִם עָרִים civitates duæ, Joſ. 21. v. 25. *Eſt etiam ordinale*, *ſcil.* ſecundus, ſecunda, ſecundum, *ut* בִּשְׁנַת שְׁתַּיִם anno ſecundo, 1. Reg. 15. v. 25., Aggæ. 1. v. 1., 2. v. 1., וְעַד שְׁנַת שְׁלֹשִׁים וּשְׁתַּיִם & uſque ad annum trigeſimum, & ſecundum, Nehem. 5. v. 14. *ita &* cap. 13. v. 6., *Ante autem* עֶשְׂרֵה *ſub* ת *loco* Patach *habetur* Tzere, *ita* שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה שָׁנָה duodecim annis, Gen. 14. v. 4., שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה אֹרֶךְ בִּשְׁתֵּים עֶשְׂרֵה רֹחַב, Ezech. 43. v. 16., duodecim (*cubitorum*) longitudo per duodecim (*cubitos*) latitudinis: וּבִשְׁתֵּים עֶשְׂרֵה שָׁנָה & duodecimo anno, 2. Paral. 34. v. 3., הַרְבֵּה מִשְּׁתֵּים־עֶשְׂרֵה רִבּוֹ, Jon. 4. verſ. 11. multum, præ duodecim myriadibus, *ſive* pluſquam duodecim myriades; *Vulg. vertit*, pluſquam centum viginti millia. *Sumitur etiam τὸ* שְׁתַּיִם *pro adverbio*, *videl.*

videl. bis, ſecundò, iterum, *ut* לֹא־אַחַת וְלֹא שְׁתָּיִם non ſemel, & non bis, 2. Reg. 6. v. 10., וּשְׁתַּיִם Job. 40. v. 5. & ſecundò, *ſive* & iterum; *Vulg. habet* & alterum; פַּעַם וּשְׁתָּיִם ſemel, & bis, Nehem. 13. v. 20. *Item cum* ב *præfix.* וּבִשְׁתַּיִם & ſecundò, Job. 33. verſ. 14. *Conſtr.* שְׁתֵּי duæ, duo, *&c. Cum præfix.* בִּשְׁתֵּי בְנֹתֶיךָ pro duabus filiabus tuis, Gen. 31. v. 41., בִּשְׁתֵּי חַצְרוֹת in duobus atriis, 2. Reg. 21. v. 5., לִשְׁתֵּי יְדֹתָיו, Exòd. 26. verſ. 19., pro duabus manibus, *ſive* cardinibus ejus, *ſcilicet excipiendis*; *Vulg. vertit*, per duos angulos: *Item* (dixit Noemi) duabus, Ruth. 1. verſ. 8., מִשְּׁתֵּי עֵינַי propter duos oculos meos, Jud. 16. v. 28. *Cum affix.* שְׁתֵּיהֶן, 1. Sam. 25. v 43, *pro quo per enallagen generis occurrit* שְׁתֵּיהֶם, Ruth 1. v. 19., 4. v. 11., ambæ iſtæ, *ſive* duæ illæ: לִשְׁתֵּיהֶן ambabus iſtis, Ezech. 23. v. 13.

שֵׁנִי *m. Numerus ordinalis, ſcil.* ſecundus, Gen. 1. v. 8., 30. v. 7. *&c. Cum præfix.* הַשֵּׁנִי ſecundus, Gen. 2. v. 13., *&c.* בַּחֹדֶשׁ הַשֵּׁנִי בַּשֵּׁנִי בִּשְׁנַת אַרְבַּע, 2. Paral. 3. v. 2. menſe ſecundo, ſecundo, *ſcilicet die, vel* ſecundo, *inquam*, anno quarto: *Plur.* תַּחְתִּיִּם שְׁנִיִּם וּשְׁלִשִׁים תַּעֲשֶׂהָ, Gen. 6. v. 16., inferiora, ſecunda, & tertia facies eam, *ita multi vertunt*; *At Vulgat. aliique* τὸ תַּחְתִּיִּם *adverbialiter accipientes, vertunt*, deorſum, cœnacula, triſtega, *id eſt* tertia, *ſeu ſupremo tabulata* facies in ea: *Hic, ut Eruditis quibuſdam eſt animadverſum*, cœnaculum *eſt nomen generis, poſitum ab Interprete pro* contignatione *ſub tabulato navis, i. e.* media tabulata: וּשְׁנִיִּם & ſecundi, *ſive juxta Vulg.* ſecundo loco, Num. 2. v. 16. *Fœm.* שֵׁנִית, *& cum præfix.* הַשֵּׁנִית ſecundus, ſecunda, ſequens, Gen. 4. v. 19.: *Item adverbialiter* ſecundò, *vel per ellipſin nominis* פַּעַם, altera vice, Gen. 22. v. 15. שִׁבְעַת יָמִים שֵׁנִית ſeptem diebus ſecundò, *i. e.* aliis, *ut exponit Vulg.*, Levit. 13. v. 5.

שָׁנִי *m.* Dibaphum, *quaſi* iteratum, *ſive* duplicatum, *aut* bis tinctum *dicas*. *Sæpe illi præponitur nomen* תּוֹלַעַת, *quod ſignificat ſcil.* vermem, vermiculum, *ex quo fit color* coccineus, *& metonymicè ipſum* coccineum colorem, *vel etiam* rem eo colore *infectam*; *unde* תּוֹלַעַת שָׁנִי *eſt* coccinum, *ſive* coccineum bis tinctum: *Occurrit* Gen. 38. verſ. 28.,

Exod. 25. v. 4. *&c. Cum præfix.* עַל־יָדוֹ הַשָּׁנִי ſuper manum ejus dibaphum, *ſive* bis tinctum, *ubi ſubintelligendum* תּוֹלַעַת coccinum, Gen. 38. v. 30., וְאֶת־תּוֹלַעַת הַשָּׁנִי & coccineum bis tinctum, Exod. 28. v. 5., *Conſtr.* וְאֶת־שְׁנִי הַתּוֹלַעַת & bis tinctum coccum, *ſive* coccineum, Levit. 14. v. 6. *Cum præfix.* וּבִשְׁנִי הַתּוֹלַעַת & in dibapho coccineo colore, Levit. 14. v. 52. *ubi Vulg. vertit*, atque vermiculo: *Plural.* לָבֻשׁ שָׁנִים, Prov. 31. v. 21., (omnis domus ejus) induta coccinis; *ſenſus autem eſt, ut quidam exponunt, ſi* domus tota induta veſtibus coccineis, *i e.* pretioſis, *quantò magis ergò aliis veſtibus, quibus frigus arceatur? Aliis tamen verſio hæc non placet.* Coccinum *enim nec integræ familiæ congruit, nec inſervit adverſus frigus. Hinc cum Vulg. reddunt*, induta eſt duplicibus: *Per* duplicia *autem deſignantur vel veſtis hyemalis una, altera æſtiva, vel hyemalis tantum contra frigus ſuffulta, atque ſic* duplò *craſſior facta, ita Interpretes apud Matth. Polum in Synopſi Criticorum. Cum præfix.* כַּשָּׁנִים ſicut dibapha, *i. e.* bis tincta, *ut* colorem altiùs *imbibant*, Iſa. 1. verſ. 18. *ubi Vulg. aliique cum ipſo vertunt*, ut coccinum.

שִׁנְאָן *m.* Iteratio, *& quidem* multa, *propter ſcil.* Nun *finale, augmenti indicem, ut notat Joa. Simon: Occurrit autem ita*, אַלְפֵי שִׁנְאָן, Pſal. 68. v. 18. millia iterationis, *i.e.* iterata, *ac* multiplicata, *ſive* multoties iterata, multiplicata millia *ita Buxtorfius, Joa. Simon, & quidam alii. At Pagninus vertit* millia angelorum: *LXX. ſunt interpretati*, χιλιάδες εὐθηνούντων millia abundantium; *Symmachus vero*, χιλιάδες ἠχούντων millia ſonantium; *Vulg. tandem* millia lætantium. *LXX.* τό שִׁנְאָן *derivaſſe videntur à* שַׁאֲנַן.

מִשְׁנֶה *m. Eſt*: I. Secundum, *quod eſt* iteratio primi; *ſpeciatim autem* ſecundus numero, ſecundò genitus, *ut cum affix.* וְשֵׁם מִשְׁנֵהוּ, 1. Sam. 8. v. 2. & nomen ſecundi ab eo, *ſcil.* à primogenito, *ſive* nomen ſecundò geniti: וּמִשְׁנֵהוּ, 1. Sam. 17 v. 13., 2. Sam. 3. v. 3., & ſecundus ejus, *ſive* ab eo, *ſcilicet* primogenito: *item* ſecundus ordine, *&* dignitate, ſecundarius, ſecundanus; *ut* כֹּהֵן מִשְׁנֶה, 2. Reg. 25. v. 18., ſacerdos ſecundus, ſecundarius; *& cum præfix.* בְּמִרְכֶּבֶת הַמִּשְׁנֶה, Gen. 41. v. 43. in currum ſecundum;

מִשְׁנֶה

עַל־הָעִיר מִשְׁנֶה ſuper civitatem ſecundus, Nehem. 11. v. 9., *idem* v. 18., לְמִשְׁנֶה, 1. Sam. 23. v. 17. in ſecundum, *ordine ſcil.*, *& dignitate* : *Item* ſecunda pars, *ſic cum præfix.* בַּמִּשְׁנֶה in ſecunda parte, 2. Reg. 22. v. 14., 2. Paral. 34. v. 22., מִן־הַמִּשְׁנֶה à ſecunda, *ſcil.* parte, *aut* porta *urbis*, Sophon. 1. v. 10. II. Duplicitas, duplex, duplicatum, duplum, *quod eſt* iteratio unius, *ut* וְכֶסֶף מִשְׁנֶה, Gen. 43. vv. 12. 15. & argentum, *ſive* pecunia duplicata, duplex; לֶחֶם מִשְׁנֶה (collegerunt) panem, *ſive* cibum duplicatum, *ſive* duplicem, Exod. 16 v. 22., תַּחַת בָּשְׁתְּכֶם מִשְׁנֶה pro pudore veſtro, *ſive* confuſione veſtra duplici, Iſa. 61. v. 7., וּמִשְׁנֶה שִׁבָּרוֹן & duplici contritione, Jerem. 17. v. 18., *item* Zach. 9. v. 12. duplum, *ſive*, *juxta Vulg.* duplicia (reddam tibi); לְמִשְׁנֶה in duplo, Job. 42. v. 10. III. Exemplar, exemplar duplicatum, *q. d.* iteratio autographi; *ſic* Deuter. 17. v. 18. מִשְׁנֵה הַתּוֹרָה, *quidam reddunt* exemplar legis; *Alii vertunt* duplum legis, *i. e.* exemplar duplicatum legis; *unum, quod ſecum ferret, quocunque iret; alterum, quod in archivis haberet, rex ſcilicet; Vulg. habet*, (deſcribet ſibi) Deuteronomium legis: *In hunc ipſum ſenſum accipitur, quod apud* Joſ. 8. verſ. 32. *legitur*. *Conſtr.* מִשְׁנֶה שְׂכַר, Deut. 15. v. 18. duplò mercedis; *Vulg. vertit*, juxta mercedem: *Cum affix.* מִשְׁנֵהוּ (nomen) ſecundi ejus, *vel* ab eo, 2. Sam. 3. v. 3., *ubi Vulgat. habet* poſt eum, *ſcil.* primogenitum: *Plur.* מִשְׁנִים ſecundi, ſecundani, Eſdr. 1. v. 10. *Cum præfix.* הַמִּשְׁנִים, 1. Paral. 15. v. 18. ſecundani, ſecundi ordinis: *Sed* וְהַמִּשְׁנִים, 1. Sam. 15. v. 9. *variè redditur* : *R. Salomon putat, hac voce diſignata fuiſſe* præpinguia, *i. e. carne, & pinguedine* duplicata *corpora habentia* : *Kimchi explicat* שניים לבטן ſecundo partu genitos, *ac ſi ſint præſtantiores*, *aut* בני שתי שנים biennes: *Buxtorfius*, *& alii cum ipſo vertunt* & ſecundarios, *i. e. minus præſtantes*, *& pingues* : *Bocharto* de animalibus S. S. P. I. L. II. c. XLIII. *vereſimilius videtur*, τὸ הַמִּשְׁנִים *propriè ſignificare* pecudes, *atque in his* oves *maximè ejus ætatis, in qua eminent* duo dentes, *vel* hi duo ipſi dentes excidunt; oves *propterea illæ, quæ* bidentes *appellantur, quæque olim apud Ethnicos in pretio erant, tamquam*

Diis acceptiores , & ſacrificiis aptiores . Vulg. tandem Interpres vertit , (& pepercit ...) & veſtibus ; *propterea , omiſſo* ם , *legiſſe videtur* הַשְׁ[illegible] *à* שָׁנִי bis tinctum , *quòd ſignificat etiam* coccinum , [illegible] *ſupra dictum eſt* .

שנהב *m. Dictio in ſingulari inuſitata . Plural.* שֶׁנְהַבִּים , 1. Reg. 10. v. 22. , 2. Paral. 9. v. 21. dentes elephantorum , *ſive* ebora : *Targum etiam expoſuit* שֵׁן דְּפִיל dentem elephantis . *Nam* פִּיל elephas . *Ex nomine* שֵׁן , *de quo infra , compoſitum judicatur , etſi , ut addit Buxtorfius , vera ejus ratio incognita ſit . Bochartus putat , dictionem hanc efformatam ex* שֵׁן dens , *& ex Arab.* akhabo , *i. e.* elephas : *Alii ex aliis derivant* .

שׁוּנֵם Scuném , *nom. propr. civitatis in Tribu Iſſachar* , Joſ. 19. v. 18. , 2. Reg. 4. v. 8.

שׁוּנַמִּית Scunammíth , *nom. gentile fæm. ex oppidi* Scuném *nomine derivatum* , 1. Reg. 1. v. 3. , 2. Reg. 4. v. 12.

שָׁנַן Acuit , exacuit : *Et metaphorice* inſtigavit , inculcavit ; *item* exacerbavit . *Præter. defect.* אִם־שַׁנּוֹתִי ſi acuero , Deut. 32. v. 41. *Plural.* שָׁנְנוּ , Pſal. 64. v. 4. , 140. v. 4. , exacuerunt , acuerunt : *Part. Pahul* שָׁנוּן acutus , *vel* acuta , Prov. 25. v. 18. *Plur.* שְׁנוּנִים , Pſal. 45. v. 6. , Iſa. 5. v. 28. acuti , acutæ . *Pih.* שִׁנֵּן valdè acuit , frequenter inculcavit : *Præter. cum affix.* וְשִׁנַּנְתָּם , Deut. 6. v. 7. & valdè acues ea , *i. e.* frequenter , accuratè , accomodatè inculcabis ea ; *Vulg. vertit* , & narrabis ea ; *Alii habent cum Targum* , & repetes , *ſive* iterabis ea , *ita ſcil. efficaciter , ut omnibus modis in filiorum animos penetrent . Hithp. futur.* אֶשְׁתּוֹנָן , *pro* אֶתְשׁוֹנָן , Pſal. 73. v. 21. pungebar , meipſum exacuebam , *ita Buxtorfius* ; *Alii vero reddunt* , exaſperabam me , *ſive* exaſperabar apud me : *LXX. ſunt interpretati* , *μὴ ἠλλοιώθησαν* , *i. e.* , *ut habet etiam Vulg.* (renes mei) commutati ſunt ; *fortè legebant* הִשְׁתַּנּוּ .

שְׁנִינָה *f.* Dicterium , dictum acutum , *i. e. juxta quoſdam* , ſolers , *ſive , ut alii putant* , acerbum , *vel ore* inculcatum , *ut tenacius inhæreat* : *Occurrit cum præfix.* לִשְׁנִינָה , Deut. 24. v. 9. , 1. Reg. 9. v. 7. , 2. Paral. 7 v. 20. , Jerem. 24. v. 9. , in dicterium ; *Vulgat. variè reddit* , *videl.* in proverbium , in fabulam , in exemplum .

שֵׁן *com.* Dens, *propriè* acutus, Exod. 21. vv. 24. 27., Levit. 24. v. 20. *&c. Sed & per ſynecdochen* dens elephantis, *ſive* ebur, *ut*, 1. Reg. 10. v. 18., Pſal. 45. v. 9. *Item* ſcopulus acutus, *ut* שֶׁן־הַסֶּלַע, 1. Sam. 14. v. 4., dens petræ *erat*, *i. e.* eminens petra, ſcopulus acutus, *qui ſcilicet* dentis *adinſtar prominet*, *& longius excurrit: Ita &* Job. 39. v. 28., *ubi tamen loco* Tzere *ſcribitur cum* Sægol שֶׁן־ *propter* Makaph: *Cum præfix.* הַשֵּׁן הָאֶחָד ſcopulus unus, 1. Sam. 14. v. 5., שֵׁן בְּשֵׁן dens pro dente, Deut. 19. v. 21. *Cum affix.* תַּחַת שִׁנּוֹ pro dente ejus, Exod. 21. v. 27. *Dual.* שִׁנַּיִם, Gen. 49. v. 12., Amos 4. verſ. 6., dentes: *Dualis autem forma eſt, inquit Buxtorfius, propter* duplicem ordinem dentium; *ſic etiam* bis bini pedes *ponuntur pro* duobus. *Cum præfix.* שְׁלשׁ הַשִּׁנַּיִם (& fuſcinula) trium dentium, *ſive* tridens, 1. Sam. 2. verſ. 13., לַשִּׁנַּיִם dentibus, Prov. 10. v. 26. *Conſtr.* שִׁנֵּי dentes, Pſal. 3. v. 9. *Cum affix. in pauſa*, בְּעוֹר שִׁנָּי, Job. 19. v. 20. in, *ſive* cum cute dentium meorum; *Vulgat. ſenſum expreſſit*: בְּשִׁנָּי dentibus meis, Job. 13. v. 14., שִׁנַּיִךְ dentes tui, Cant. 6. v. 6., שִׁנָּיו dentibus ſuis, Pſal. 37. verſ. 12., 112. v. 10., בְּשִׁנָּיו dentibus ſuis, Job. 16. v. 9., וּמִשִּׁנָּיו & è dentibus illius, Job. 29. v. 17., שִׁנֵּיהֶם, Pſal. 57. v. 5. *& cum affix. poetico* שִׁנֵּימוֹ, Pſal. 35. v. 16. dentes eorum, dentes ſui: בְּשִׁנֵּיהֶם dentibus ſuis, Mich. 3. v. 5. לְשִׁנֵּיהֶם dentibus eorum, Pſal. 124. v. 6.

שֵׁן *com. Chald.* dens: *Duale* וְשִׁנַּיִן דִּי־פַרְזֶל לַהּ & dentes ferri, *i. e.* ferrei ei, Dan. 7. v. 7. *Cum affix.* בֵּין שִׁנַּיהּ inter dentes, *ſive* in dentibus ejus, Dan. 7. v. 5.

שָׁנַס *Inuſitatum in Kal. Occurrit ſemel Futur. in Pih.* וַיְשַׁנֵּס מָתְנָיו & accinxit lumbos ſuos, 1. Reg. 18. v. 46.

שִׁנְעָר Scinehhar, *& juxta Vulg.* Sennaar, *campus eſt Babylonis, in quo regnavit Nemrod*, Gen. 10. v. 10.

שְׂנִיר Scenír, *mons*, Deut. 3. v. 9., 1. Paral. 5. v. 23.

שָׁסָה Diripuit, deprædatus eſt. *Præter. plur.* שָׁסוּ diripuerunt, diripiebant, Pſal. 44. v. 11. *Sed* שְׁסָהוּ *vide infra in* שָׁסַס: *Partic. cum affix.* מִיַּד שֹׁסֵהוּ, 1. Sam. 14. v. 48. è manu diripientis eum; *Vulg. vertit*, de manu vaſtatorum ejus; *Plural.* שֹׁסִים, Jud. 2. v. 14. *& conſtr.* שֹׁסֵי,

Jerem.

Jerem. 50. v. 11. diripientes, direptores: *Cum affix.* חֵלֶק שׁוֹסֵינוּ, Iſa. 17. v. 14., pars diripientium nos; *Vulg. habet*, pars eorum, qui vaſtaverunt nos: *Et cum epentheſi* א, שֹׁאסַיִךְ, Jerem. 30. verſ. 16., diripientes te, *& juxta Vulg.* qui te vaſtant: מִיַּד שֹׁסֵיהֶם de manu diripientium, vaſtantium eos, Jud. 2. verſ. 16. *Particip. Pahul* וְשָׁסוּי & direptus, *ſive juxta Vulg.* vaſtatus, Iſa. 42. v. 22. *Futur.* יִשְׁסֶה diripiet, Hoſe. 13. verſ 15. *Pih. præter. cum* ש *loco* ס, שׁוֹשֵׂתִי & deprædatus ſum, Iſa. 10. v. 13. *Ut autem admonet Buxtorfius*, Cholem *hic ponitur loco* Dagheſc, *aut eſt forma mixta ex* שָׁסַס, *&* שָׁסָה. *Vide, quod ſequitur.*

שָׁסַס Diripuit, deprædatus eſt: *Præter. plural. cum affix.* שַׁסֻּהוּ diripuerunt eum, Pſal. 89. v. 42. *Futur. plur.* וַיָּשֹׁסּוּ, Jud. 2. v. 14., 1. Sam. 17. v. 53. & diripuerunt, deprædati ſunt. *Niph. præter. plur.* וְנָשַׁסּוּ הַבָּתִּים & diripientur, *ſive, juxta Vulgat.* vaſtabuntur domus, Zach. 14. v. 2. *Futur. plur.* יִשַּׁסּוּ בָּתֵּיהֶם diripientur domus eorum, Iſa. 13. verſ. 16.

מְשִׁסָּה *f.* Direptio, deprædatio, Iſa. 42. v. 22. *Cum præfix.* לִמְשִׁסָּה, 2. Reg. 21. v. 14., Jerem. 30. v. 16., Soph. 1. v. 13., *& cum* Vau *redundante, loco* Jod, *ut notant Maſſorethæ*, לִמְשׁוֹסָּה, Iſa. 42. verſ. 24. in direptionem, deprædationem: *Plur.* לִמְשִׁסּוֹת לָמוֹ in direptiones, *& juxta Vulg.* in rapinam eis, Habac. 2. v. 7.

שָׁסַע Fidit, diffidit, diffiſſus, bifidatus, bifidus fuit; *ita tamen, inquit Buxtorfius, ut poſterior pars cohæreat*: *Quo quidem, ut addit Robertſon, differt ab* הִבְדִּיל, *quod eſt prorſus* dividere, *ita ut partes* diviſæ nuſquam cohæreant, *ſed inter eas intervallum aliquod interjaceat. Differt & à* פָּרַם, *ſeu* מַפְרִים, *quod eſt* rumpere. *Hoc autem verbum uſurpatur quoties ſermo habetur de animali, quod ungulas* infernè fiſſas *habet, ut &* supernè: *ſunt enim etiam, quorum ungulæ* supernè *ſunt* fiſſæ, infernè *vero* cohærentes. *Partic. m* וְשֹׁסַע שֶׁסַע פַּרְסָה, Levitic. 11. verſ. 7. & findens, *id eſt* fiſſam habens fiſſuram ungulæ. *Fœm.* שֹׁסַעַת findens, *id eſt* fiſſam, diviſam habens, Levit. 11. vv. 3. 26. *Pahul fœm* הַשְּׁסוּעָה, Deuter. 14. verſ. 7. fiſſa. *Pih. præterit.* וְשִׁסַּע אֹתוֹ & findet, diſcindet eam, *avem ſcilicet*, Levit. 1. v. 17. *Infinit.* cum

cum præfix. כְּשַׁסַּע juxta diſcindere, *i. e.* quaſi diſcinderet: diſcerperet, Jud. 14. v. 6. *Futur.* וַיְשַׁסַּע, 1. Sam. 14. v. 8., & diſcidit, *i. e.*, *ut exponit Buxtorfius*, diſtraxit, *&* cohibuit; *Vulgat. vertit*, & confregit: *Cum affix.* וַיְשַׁסְּעֵהוּ, Jud. 14. v. 6., & diſcidit eum; *Vulg. vertit*, & dilaceravit leonem.

שֶׁסַע *m.* Fiſſura, Levit. 11. vv. 3. 7. 26., Deut. 14. v. 6.

שָׂסַף *Radix in Kal inuſitata. Inde Pih.* שִׁסֵּף concidit, in fruſta diſcidit, diſſecuit, dilaniavit; *quid vehementius quam* שָׁסַע *ſignificat*: *Futur.* וַיְשַׁסֵּף & in fruſta concidit, 1. Sam. 15. v. 33

שׁוּעָא Suáhh, *&* *juxta Vulg.* Suaá, *nom. propr. mulieris*, 1. Paral. 7. v. 32.

שָׁעָה Adſpexit, reſpexit, diſpexit, *pro diverſa conſtructione. Nam cum* ב, עַל, *&* אֶל *conſtructum, eſt* adſpicere, *ſeu* reſpicere cum attentione, *ac* oblectatione; *unde* oblectavit ſe in re aliqua: *Cum* מִן, *ſive* מ *præfix.*, *vel cum* מֵעַל, *eſt* retroſpicere, avertere ſe, *vel* vultum ſuum, deſiſtere, deeſſe *ab aliquo*. *Sed & ex linguæ Chaldaicæ uſu ſignificat*, illini, oblini, obduci, *quod eſt à* שׁוּעַ *Chaldaico*: *Hactenus Pagninus*, *Buxtorfius*, *Joa. Simon*, *aliique*. *Præter.* שָׁעָה reſpexit, Gen. 4. v. 5. *Plural.* שָׁעוּ reſpexerunt, *&* *juxta Vulg.* confiſi ſunt, Iſa. 31. v. 1. *Imper.* שְׁעֵה מֵעָלָיו, Job. 14. v. 6., vultum averte, deſiſte, retroſpice, *& juxta Vulg.* recede paullulum ab eo: *Plur.* שְׁעוּ מִנִּי deſiſtite, recedite à me, Iſa. 22. v. 4. *Futur.* וְאֶשְׁעָה בְחֻקֶּיךָ, Pſalm. 119. v. 117. & oblectabo me, *ſive* delectabor in ſtatutis tuis, *ita Pagninus*, *Buxtorfius*, *& quidam alii*; *At multi reddunt*, reſpiciam cum attentione, *id eſt ut habet Vulgat.* meditabor in juſtificationibus tuis: *Aben Eſra*, *& Kimchius notant*, Kametz *hoc in loco poſitum pro* Sægol: כַּמָּה לֹא־תִשְׁעֶה מִמֶּנִּי, Job. 7. v. 19. uſquequo non deſiſtis à me? *Vulgat. vertit*, uſquequo non parcis mihi? יִשְׁעֶה, Iſa. 17. vv. 7. 8. reſpiciet; *Vulg. reddit*, inclinabitur, *ſenſus integrè ſervatur*: *Et cum apocopa*, וַיִּשַׁע & reſpexit, Gen. 4. vv. 4. 5. *Plur.* וְאַל־יִשְׁעוּ, Exod. 5. v. 9. & nè reſpiciant, *i. e. ut exponit Vulgat.* nè acquieſcant; *item* reſpicient, *i. e.* clamabunt, *juxta Vulgat.*, 2. Sam. 22. verſ. 42. *Fœm.* וְלֹא

רֹאִים

תְשְׁעֶינָה עֵינֵי רֹאִים, Iſa. 32. v. 3., neque erunt obducti ocu-li videntium; *Chaldæus vertit*, וְלָא יִתְמַמְמָן & non erunt obturati, *ſcilicet ſicut nunc ſunt*, *ſed clarè* perſpicient; *Ita Buxtorfius*: *Vulgat. habet*, non caligabunt: *Pih. præterit.* וְשִׁעֲשַׁע, Iſa. 11. v. 8. & oblectabit ſe, *ſive*, *juxta Vulgat.* delectabitur: תּוֹרָתְךָ שִׁעֲשָׁעְתִּי, Pſal. 119. v. 70., lege tua oblecto me, *ſive* delector; *Vulg. vertit*, legem tuam meditatus ſum: *Futur. plur.* תַּנְחוּמֶיךָ יְשַׁעַשְׁעוּ, Pſal. 94. v. 19. conſolationes tuæ oblectarunt, lætificaverunt. *Pyhal futur. plural.* תְּשָׁעֳשָׁעוּ, Iſa. 66. v. 12. oblectabimini; *Vulg. habet* blandientur vobis. *Hiph. Imper.* הָשַׁע מִמֶּנִּי, Pſal. 39. v. 14. averte te, *ſive* deſiſte à me; *Vulgat. vertit*, remitte, *&* *juxta alios* parce mihi: *Dicto autem hæc formam habet à* שׁוּעַ, *ſed ſignificatione, & ſtructura pertinet huc, quemadmodum admonet Buxtorfius*: *Aliud vide ſupra pag.* 1583. *In dicto* שׁוּעַ. *Hithpah.* הִשְׁתָּעָה, *pro* הִתְשַׁעָה, *ſignificat, Buxtorfio interprete*, ſtupuit, obſtupuit; *Aliis vero eſt*, continuò reſpexit, diſpexit, *q. d.* ſe ad ſpectandum excitavit, *Idque vel* cum anxio auxilii deſiderio, *vel* cum expectatione rei futuræ, *ut ſcribit Joa. Simon*: *Præt. plur. ex forma Pihel, geminatis ſcil. radicalibus*, הִשְׁתַּעַשְׁעוּ, Iſa. 29. v. 9., *variè redditur*; *Buxtorfius Robertſon, & alii interpretantur*, & oblectant ſe; *At multis eſt Imper. atque cum Joa. Simone vertunt*, oblectate vos, *vel* mollibus verbis vobis blandimini: *Vulg. habet*, & fluctuate: *Futur. in eadem forma, & in pauſa* בְּחֻקֹּתֶיךָ אֶשְׁתַּעֲשָׁע, Pſal. 119. v. 16., in ſtatutis tuis oblectabo me, *ſive* delectabor; *Vulg. habet*, in juſtificationibus tuis meditabor; *ſed ibidem* v. 47. *vertit*, delectabor: *Occurrit & in forma ſimplici, ſed cum apocopa, ita* אַל־תִּשְׁתָּע, Iſa. 41. v. 10. *à Buxtorfio redditur*, nè ſtupeto; *ab aliis*, nè continuò, & anxiè diſpicias, *ſive* nè circumſpicias; *à S. Hieronymo*, nè erres; *à LXX. verò*, μὴ πλανῶ, *i. e.*, *ut habet etiam Vulg.* nè declines: *Plur. cum* ה *paragog. & in pauſa* וְנִשְׁתָּעָה, Iſa. 41. v. 23. *& hoc variè redditur*: *LXX. ſunt interpretati*, καὶ θαυμασόμεθα, *id eſt* & mirabimur; *Alii*, continuo diſpiciemus; *Buxtorfius*, & obſtupeſcemus; *qui tamen etiam addit, poſſe ex Chaldaicò uſu ita reddi*, enarrabimus ea, confabulabimur de eis; *Vul. habet*, & loquamur.

שְׁעָה

שְׁעָה *fœm. Chald.* hora ; *dicta* שְׁעָה, *inquit Buxtorfius*, *quòd ſit quaſi temporis* nuntiatrix : *nam* אִשְׁתְּעָה *in Targum uſurpatur pro Hebræo* סִפֵּר nuntiavit, enarravit. *Aut ſi ab Hebræo* שָׁעָה *deducas*, *ſic dicitur*, *quòd ad eam homines in cunctis ſuis actionibus* reſpiciant, & attendant : *Cum præfix.* כְּשָׁעָה חֲדָא quaſi hora una, Dan. 4. v. 16. *Et in ſtatu emphat.* בַּהּ־שַׁעֲתָא eadem ipſa hora, Dan. 3. vv. 6. 15.

שַׁעֲשׁוּעִים *m plur.* Oblectationes, oblectamenta, deliciæ, Proverb. 8. v. 30., אִם יֶלֶד שַׁעֲשׁוּעִים ſi puer deliciarum, *i. e.* delicatus, Jerem. 31. v. 20. *Cum affix.* שַׁעֲשֻׁעָי, Pſal. 119. v. 24., Prov. 8. v. 31. & *in pauſa* שַׁעֲשֻׁעָי, Pſal. 119. vv. 77. 92., oblectationes, deliciæ meæ ; *Vulg. in* Pſal. *habet*, meditatio mea : נְטַע שַׁעֲשׁוּעָיו planta deliciarum ejus, & *juxta Vulg.* germen delectabile, Iſa. 5. v. 7.

מִשְׁעָה *maſc.* Aſpectus (cum oblectatione) : *Cum affix.* לְמִשְׁעִי, Ezech. 16. v. 4. ad aſpectum meum, *i. e.* quum primum te aſpexi : *Vel eſt pro abſoluto* מִשְׁעָה ad aſpectum, *i. e.* ut jucunda aſpectu eſſes, corpore eleganti, cute molli, & nitida, *ut lotiones*, *vel aquæ calidæ infantes reddere ſolent* : *Hactenus Buxtorfius* : *Vulg. vertit* in ſalutem.

שָׁעַט *Radix inuſitata* : *Inde* שְׁעָטָה *f.* plauſus, ſtrepitus : *Conſtr.* מִקּוֹל שַׁעֲטַת, Jerem. 47. v. 3., à ſono plauſus, & *juxta Vulg.* à ſtrepitu pompæ.

שַׁעַטְנֵז *m.* Heterogeneum veſtimentum, variè commixtum, *veluti ex lana*, & *lino*, *aut aliis prohibitis generibus confectum*, Levit. 19. v. 19., Deut. 22. v. 11. *Vox peregrina judicatur*, & *forſan Aegyptia*, *quòd tali veſtitus genere illius regionis populi uterentur*, *quòd Dominus populo ſuo interdixit*. *Talmudici*, (Tractatu Nidda cap. 9.) *è tribus dictionibus vocem hanc compoſitam eſſe*, *volunt*, *videl.* נֵז, עַט, שַׁע *i. e.* mixtura veſtis filo, *i. e.* veſtis mixta filo : *Nam* שַׁע *eſt à* שָׁעַע, *vel à* שעשע *Arab.* commiſcuit ; עַט *ab* עטה amicivit, veſtivit ; & נֵז *à* נוז *Chald.* fila contorquere ; *unde* נזז netum. *Sed vocem ipſam interpretatur* Scriptura, *videlicet in* Levitico 19. v. 19. *per* בֶּגֶד כִּלְאַיִם : & *in* Deut. 22. v. 11. *per* צֶמֶר וּפִשְׁתִּים יַחְדָּו lana, & linum ſimul ; *Hactenus Buxtorfius*, *Robertſon*, *Joa. Simon*.

שָׁעַל Radix Hebræis inuſitata : Nam שֶׁעָלוֹ eſt dictio compoſi- ta, quam vide ſupra in עָלָה pag. 952. Sed שָׁעַל Arab., auctore Joa. Simone, ſonat, confertus, compreſſus fuit. Inde ſunt

שֹׁעַל m. Pugnus, vola, pugillus, q. d. manus conferta, & compreſſa : Cum affix. בְּשָׁעֳלוֹ pugillo ſuo, Iſa. 40. v. 12. Plural. שְׁעָלִים eſt nom. propr. quod vide infra ſuo loco : Sed cum præfix. לִשְׁעָלִים pugillis, 1. Reg. 20. verſ. 10. Conſtr. בְּשַׁעֲלֵי pro pugillis, Ezech. 13. v. 19.

שֶׁעַל Dictio compoſita, quam vide ſupra in particula עַל pag. 968.

שׁוּעָל m. Vulpes, Nehem. 3. verſ. 35. Bocharto videtur dicta שׁוּעָל à tuſſi, quam gannitu ſuo referat, à radice Arab. & Æthiop. tuſſivit. Joa. Simon mavult, derivare à radice Arab. שעל parte caudæ, vel antiarum candicavit : Unde שׁוּעָל, vi formæ, ſit animal hinc inde candicans, auribus ſcil. pedibus, cauda, quale genus vulpium Græcis vocatur λαμπουρίς. Alii tandem cum Pagnino arbitrantur, vulpem dictam שׁוּעָל à foveis inſtar pugni, vel à cauda craſſa ad formam pugilli. Sed eſt & nomen civitatis à vulpibus, ſive à vulpium foveis; ſic וּבַחֲצַר שׁוּעָל, Nehem. 11. v. 27. & in Hhatzar Scubhal, & juxta Vulg. in Haſerſual : ita & Joſ. 19. v. 19., 1. Paral. 4. v. 28. Cujus etymologia ſic ſonat, atrium, in atrio vulpis : Aliud שׁוּעָל nomen propr. vide mox infra : Plur. שׁוּעָלִים Jud. 15. v. 4. & שֻׁעָלִים, Pſal. 63. v. 11. vulpes : Cum præfix. כְּשֻׁעָלִים ſicut, quaſi vulpes, Ezech. 13. v. 4.

שׁוּעָל Scubhal, nom. propr. viri, 1. Paral. 7. v. 36. item regionis, 1. Sam. 13. v. 17.

מִשְׁעוֹל m. Semita, trames, locus compreſſus, & anguſtus : Cum præfix. בְּמִשְׁעוֹל in tramite, in anguſto loco, Numer. 22. v. 24.

שַׁעַלְבִים Scahhalvím, nom. propr. loci, Jud. 1. v. 35., 1. Reg. 4. verſ. 9.

שַׁעֲלַבִּין Scahhalavín, nom. propr. civitatis in Tribu Dan, Joſ. 19. verſ. 42.

שַׁעַלְבֹנִי Scahhalvoní, & juxta Vulgat. Salabonites, 1. Paral. 11. v. 33.

שַׁעֲלִים Scahhalím, *& juxta Vulgat.* Sálim, *nom. propr. loci*, 1. Sam 9. v. 4.

מִשְׁעָם *nom. propr. vide ſupra ſub litera* מ.

שָׁעַן *in Kal inuſitatam. Niph.* נִשְׁעַן nixus, innixus fuit, incubuit, recubuit : *Conſtruitur cum* עַל, *& quandoque cum* אֶל, ל, *&* ב. *Præter. in pauſa* נִשְׁעָן, 2. Sam. 1. v. 6. incumbebat; *item* nititur, innititur, 2. Reg. 5. v. 18. *Alii tamen, & quidem rectius arbitrantur, τό* נִשְׁעָן *utrobique partic. eſſe, atque vertendum*, innitens, innixus : וְנִשְׁעַן לִגְבוּל & innitetur, *ſive* innititur, recumbit, *i. e.* adjacet termino, Num. 21. verſ. 15., נִשְׁעַנְתָּ innixus es, *i. e.* fiduciam habuiſti, 2. Paral. 16. v. 7. *Plur.* נִשְׁעֲנוּ innixi ſunt, *i. e.* fiduciam habuerunt, ſperaverunt, 2. Paralip. 13. verſ. 18., נִשְׁעַנּוּ, *pro* נִשְׁעַנְנוּ, innixi ſumus, *i. e.* fiduciam habuimus, 2. Paral. 14. v. 10. *Partic juxta quoſdam*, נִשְׁעָן, *quod vide mox ſupra : Infinit.* לְהִשָּׁעֵן inniti, Iſa. 10. v. 20. *Cum affix.* בְּהִשָּׁעֶנְךָ, 2. Paral. 16. vv. 7. 8., in inniti te, *i. e.* eo quod, quia innixus es; *Vulg. & alii cum ipſo reddunt*, quia habuiſti fiduciam, & cùm (Domino) credidiſſes : וּבְהִשָּׁעֲנָם, Ezech. 29. verſ. 7., & in inniti eos, *i. e.* & innitentibus ipſis : *Imper. plur.* וְהִשָּׁעֲנוּ & recumbite, *ſive* requieſcite, Gen. 18. v. 4. *Futur.* וְאֶשָּׁעֵן & innitar, recumbam, requieſcam, Jud. 16. v. 26., אַל־תִּשָּׁעֵן nè innitaris, Prov. 3. v. 5., יִשָּׁעֵן innitetur, Job. 8. v. 15., וְיִשָּׁעֵן, Job. 24. v. 23. & innitur, *pœnitentiæ ſcil. ſuæ, quaſi nunquam ſit nutaturus ; hinc optime Vulg. vertit*, & abutitur eo, loco *videl.* pœnitentiæ : *Sed* וַיִּוָּשַׁעְ *vide ſupra in* יָשַׁע *pag.* 511. *Plur.* וַתִּשָּׁעֲנוּ & innixi eſtis, Iſa. 30. v. 12., *& in pauſa* יִשָּׁעֵנוּ, Iſa. 31. v. 1., *ita etiam extra pauſam præter morem*, Mich. 3. v. 11. innituntur, innitebantur, requieſcebant.

מִשְׁעָן *m.* Scipio, baculus, bacillus, *dictus* מִשְׁעָן, *quòd homo illi* innitatur : ſuſtentaculum, fulcimentum : *Et metaphoricè deſignat rem, cui* innitimur, *aut* fidimus : מִשְׁעָן לִי ſuſtentaculum, firmamentum mihi, 2. Sam. 22. v. 14., לְמִשְׁעָן לִי in baculum, *i. e.* in fulcimentum, ſuſtentaculum, protectorem mihi, *ſive* meum, Pſal. 18. v. 19. *Conſtr.* כֹּל מִשְׁעַן־לֶחֶם וְכֹל מִשְׁעַן־מָיִם, Iſa. 3. v. 1. omne ſuſtentaculum, robur panis, & omue robur, ſuſtentaculum aquæ.

מַשְׁעֵן

מַשְׁעֵן *m.* Baculus, ſcipio; *item fœm.* מַשְׁעֵנָה *idem*, Iſa. 3. v. 1. *Sed à LXX. redditur* ἰσχύων, καὶ ἰσχύουσα validus, & valida; *Vulgat. vertit* validum, & fortem; *ab Aquila vero, Symmacho, aliiſque recentioribus redditur* fulcimentum, & ſtabilimentum.

מִשְׁעֶנֶת *f.* Baculus, & ſcipio, *cui quis* innititur, 2. Reg. 18. v. 21. *Cum præfix.* אֶת־הַמִּשְׁעֶנֶת (poſuerunt) baculum, 2. Reg. 4. v. 31. *Cum affix.* מִשְׁעַנְתִּי (tolle) baculum meum, 2. Reg. 4. v. 29., וּמִשְׁעַנְתֶּךָ & baculus tuus, Pſal. 23. v. 4., עַל־מִשְׁעַנְתּוֹ ſuper baculum ſuum, Exod. 21. v. 19. *Plural. cum affix.* בְּמִשְׁעֲנֹתָם in baculis ſuis, Num. 21. v. 18.

שָׂעַף *Radix inuſitata. Inde nomen plural. m.* שְׂעִפִּים *cum præfix. & affix. vide ſupra in nomine* סָעִיף *pag.* 873.

שַׁעַף Scahhaph, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 2. v. 47.

שָׁעַר Diviſit, rupit, fregit, fidit, aperuit: *Metaphoricè* judicavit, æſtimavit; *Alio in ſenſu, ſed cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro, ita ſcil.* שָׂעַר *vide infra ſuo loco: Præter.* כְּמוֹ־שָׁעַר בְּנַפְשׁוֹ, Prov. 23. v. 7. ut æſtimavit eum, *ſive* in animo ſuo; *Vulg. ſenſum expreſſit.*

שַׁעַר, & **שָׁעַר** *m. Eſt*: I. Porta, Gen. 23. vv. 10. 18., Exod. 37. v. 17., *&c. Dicta autem quibuſdam videtur* שַׁעַר, *quòd ipſa muri, vel ædificii* apertura *ſit: Alii arbitrantur*, portam *dictam* שַׁעַר *ab alia radice, videl. à* שָׂעַר horruit, *quia tùm robore, & munitionibus ſuis, tùm judiciis publicis, quæ* ſub portis *excercebantur*, horrori, *ſive* horrendæ *eſſent*. II. *Metonymice eſt* urbs, *ut* Gen. 22. v. 17. *Item* urbis incolæ, *qui per* portas *ingrediuntur, & egrediuntur, ut* יוֹדֵעַ כָּל־שַׁעַר עַמִּי, Ruth 3. v. 11., novit omnis porta populi mei, *i. e.* omnis populus, qui habitat intra portas urbis meæ, *ut optimè exponit Vulg. Sic etiam* וּמִשַּׁעַר מְקוֹמוֹ, Ruth 4. v. 10., & à porta loci ſui, *i. e.* à civibus ſuis, *ſive* de populo ſuo: *Sunt, qui cum Chaldæo interpretantur*, è porta Synedrii, quæ in loco ejus; *quo certè videretur* familiæ dignitas *ſignificari. Nam in* portis *erant fora, ubi fiebant judicia. Hinc per* τὸ שַׁעַר *deſignatos quandoque fuiſſe* principes, & judices, *multi exiſtimant: In quem ſenſum præſertim accipiunt illud*, Iſa. 14. v. 31. הֵילִילִי שַׁעַר ulula porta, *i. e.* gubernatores, judices, *qui in* portis *ſedent*

ad jus

ad jus civibus dicendum. III. Per ſynecdochen, juxta quoſdam, τὸ שַׁעַר eſt aula, ut בְּשַׁעַר, Eſth. 2. vv. 19. 21., 3. vv. 2. 3. in aula, intra aulam (regis); At Vulg., aliique vertunt, ad januam, ad fores, in foribus. IV. Eſt menſura, q. d. diviſio rerum: quo in ſenſu ſemel in plurali occurrit ita, מֵאָה שְׁעָרִים, Gen. 26. v. 12. (invenit) centum menſuras, & juxta Vulg. centuplum. Cum præfix. הַשַּׁעַר porta, Joſ. 2. v. 5. &c., לְשַׁעַר וָשָׁעַר, 1. Paral. 26. v. 13. ad portam, & portam, i. e. juxta Vulg. alioſque, in unamquamque portarum: בַּשַּׁעַר, Ruth 4. v. 11., בַּשַּׁעַר, 2. Sam. 19. v. 9. in porta: לַשַּׁעַר, Exod. 38. v. 15., & לַשַּׁעַר, Exod. 32. v. 27., item לַשַּׁעַר, 1. Paral. 16. v. 42. ad portam: מִשַּׁעַר, Exod. 32. v. 27., & לְמִשַּׁעַר, Zach. 14. verſ. 10., à, ſive de porta: Cum ה paragog. locali שַׁעְרָה, Iſa. 28. verſ. 6. & cum præfix. הַשַּׁעְרָה, Deut. 22. v. 15., 25. v. 7., Iſa. 22. v. 7., in, vel ad portam: Duale, juxta quoſdam, דֶּרֶךְ שַׁעֲרַיִם, 1. Sam. 17. v. 52., in via duarum portarum; At Vulg. aliiſque eſt nomen propr. redditurque in via Saraim. Plur. שְׁעָרִים, Jud. 5. v. 8. & הַשְּׁעָרִים, 1. Sam. 18. v. 24. portæ: Cum præfix. בַּשְּׁעָרִים in portis, Prov. 31. v. 31., לַשְּׁעָרִים ad portas, Jud. 5. v. 11. Conſtr. וְעַד שַׁעֲרֵי & uſque ad portas, 1. Sam. 17. verſ. 52. בְּשַׁעֲרֵי בַת־צִיּוֹן, Pſal. 9. v. 15. in portis filiæ Sion: בְּשַׁעֲרֵי הָאָרֶץ, Jerem. 15. v. 7. in portis, i. e. ut quidam exponunt, in extremitates terræ: מֵהָלְאָה לְשַׁעֲרֵי, Jerem. 22. v. 19. ab ultra, i. e. longè ultra, & juxta Vulg. extra portas: מִשַּׁעֲרֵי־מָוֶת, Pſal. 9. v. 14. de portis mortis: Cum affix. בְּכָל־שְׁעָרֶיךָ, Deut. 12. v. 15. in omnibus portis, i. e. urbibus tuis: בְּאַחַד שְׁעָרֶיךָ in qualibet portarum, i. e. urbium tuarum, Deut. 16. verſ. 5., בִּשְׁעָרֶיךָ in portis, i. e. urbibus tuis, Exod. 20. v. 10., Deut. 14. v. 27., 16. v. 18. Sed וּבִשְׁעָרֶיךָ, Deut. 6. v. 9. & in portis, ſive oſtiis (domus tuæ): Et cum pronom. fœm. שְׁעָרַיִךְ, Iſa. 60. v. 11., & in pauſa שְׁעָרָיִךְ, Pſal. 147. v. 13. portæ tuæ בִּשְׁעָרַיִךְ, Pſal. 122. v. 2., Ezech. 26. v. 10., in portis tuis בִּשְׁעֲרֵיכֶם in portis, i. e. in urbibus veſtris, Deut. 12. v. 12., שְׁעָרָיו, 1. Reg. 8. v. 37., שְׁעָרֶיהָ, Thren. 1. verſ. 4., portæ ejus: בִּשְׁעָרֶיהָ in portis ejus, Jerem. 17. verſ. 27., עַל כָּל־שַׁעֲרֵיהֶם ſuper omnes portas eorum, Ezech. 21. verſ. 20.

שׁוֹעֵר, *&* שֹׁעֵר *m.* Janitor : אֶל־שַׁעַר הָעִיר , 2. Reg. 7. v. 10. ad janitorem civitatis; *Vulg. vertit* ad portam civitatis : *Cum præfix.* הַשּׁוֹעֵר לַמִּזְרָחָה janitor, *ſive* cuſtos *portæ* ad orientem, 2. Paral. 31. v. 14. *Plural.* שׁוֹעֲרִים, Nehem. 12. v. 25., *&* שֹׁעֲרִים, 1. Paral. 15. vv. 23. 24. *item* הַשּׁוֹעֲרִים, 1. Paral. 15. v. 18., *&* הַשֹּׁעֲרִים, 1. Paral. 26. v. 12. janitores : לַשֹּׁעֲרִים janitoribus, 1. Paral. 26. verſ. 1. *Conſtr.* לְשֹׁעֲרֵי הַסִּפִּים janitoribus liminum, 2. Paral. 23. v. 4.

שֹׁעָר *m.* Horrendus, horribilis, *ex ſignificatione ſequentis radicis* שָׂעַר, *cum puncto ſcil. ſupra* ש *à latere ſiniſtro; vel ſcribitur pro* שֹׂעָר, ש *&* שׂ *permutatis. Occurrit in plur.* כַּתְּאֵנִים הַשֹּׁעָרִים, Jerem. 29. v. 17. (& dabo, *ſive* ponam eos) quaſi ficus horrendas, horribiles, *& juxta Vulg.* malas, *quæ ſcil. comedi non poſſunt*.

שְׂעַרְיָה Scehharía, *& juxta Vulg.* Sariá, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 8. v. 38., 9. v. 44.

שַׁעֲרוּרָה *f.* Res horrenda, horribilis, *& quidem* maxime, *ut quibuſdam eſt animadverſum, propter ſcil. geminatam tertiam radicalem*, Jerem. 5. verſ. 30., *ubi Vulg. reddit* mirabilia; *ſed* cap. 23. verſ. 14, *ejuſdem* Jerem. *vertit* ſimilitudinem: *Utrobique autem ſenſum potius, quàm grammaticam vocis etymologiam, quæ, ut ſupra in* שֹׁעָר *dictum eſt, ab alia radice dimanat, ſequutus eſt*.

שַׁעֲרוּרִיָּה *f.* Hoſe. 6. v. 10. *& alia forma* שַׁעֲרֻרִת, Jerem. 18. v. 13. res horrenda, horribilis.

שָׂעַר Horruit, horreſcit, timuit : *Præter. plur.* שָׂעֲרוּ שַׂעַר, Ezech. 27. verſ. 35., horruerunt horrore; *Vulgat. aliique à* סָעַר *derivantes vertunt*, perculſi ſunt tempeſtate : *Cum affix.* שְׂעָרוּם, Deuter. 32. verſ. 17. *Buxtorfius arbitratus*, שְׂעָרוּם τὸ *poſitum pro* שָׂעֲרוּ מֵהֶם, *vertit*, horruerunt ab eis : *At alii interpretantur*, horruerunt, *i. e.* timuerunt eos; *Vulg. habet*, coluerunt : *Imper. plur.* וְשַׂעֲרוּ, Jerem. 2. v. 12., & horreſcite : *Futur. cum affix.* יִשְׂעָרֶנּוּ, Pſalm. 58. v. 10., turbine abripiat, *ſive* perdat eum; *Vulg. reddit*, abſorbet eos; *ſpectat ad* סָעַר : *Plural.* יִשְׂעֲרוּ, Ezech. 32. verſ. 10. horreſcant, horreſcent, horrebunt, formidabunt : *Niph. præter. fœm.* נִשְׂעֲרָה מְאֹד, Pſal. 50. v. 3. *hoc referunt omnes ad* סָעַר; *variè tamen redditur* : *Quidam vertunt*, procella

cella ſlavit vehementer; *Pagninus habet*, tempeſtate commovebitur *terra* vehementer: *Aquila* ἐλαιλαπίϑη excitatus eſt turbo: *LXX. ſubſtantive acceperunt; habent enim* καταιγὶς σφόδρα, *i. e.* tempeſtas valida. *Pih. Futur. cum affix.* וַיְשַׂעֲרֵהוּ מִמְּקֹמוֹ, Job. 27. v. 21., *& hoc ſpectat ad* סָעַר, & deterrebit, *vel* deturbabit eum de loco ſuo, *ſive* & cum procella expellet eum ex loco ſuo: *Vulg. reddit* velut turbo rapiet eum de loco ſuo. *Hithp. Futur. cum metath.* ש, *&* ת, יִשְׂתָּעֵר עָלָיו, Dan. 11. v. 40. & horribiliter ſe geret, *ſive* inhorreſcet contra eum, *ita nonnulli reddunt*; *Sed alii à* סָעַר *hoc derivantes vertunt*, & quaſi procella, turbo veniet contra illum, *ſive* irruet in eum.

שַׂעַר *m.* Horror, Ezech. 72. v. 10. *Atque in hunc etiam ſenſum à quibuſdam accipitur, quod occurrit*, Iſa. 28. verſ. 2., Ezech. 27. v. 35. *Sed à Vulg. aliisque refertur ad* סַעַר, *redditurque* turbo, tempeſtas. *In pauſa* שָׂעַר, Job. 18. v. 20. horror. *Vide ſupra pag.* 874.

שֵׂעָר *m.* Pilus, capillorum *congeries*, capillus, Levit. 13. vv. 3. 10. 21. *&c. Videtur autem* pilus *dictus* שֵׂעָר *ab* horrore, *quia, ut notat Jos. Simon*, pili horreſcunt, *motusque ille in* pilis *primum conſpicitur*: כְּאַדֶּרֶת שֵׂעָר, Gen. 25. v. 25. ſicut toga, *ſive* chlamis pili, *i. e.* piloſa, *ſeu* villoſa: אִישׁ בַּעַל שֵׂעָר, 2. Reg. 1. verſ. 8., vir dominus pili, *i. e.* piloſus: קָדְקֹד שֵׂעָר, (transfiget, *ſive* confringet) verticem capilli, Pſal. 68. v. 22. *Cum præfix.* לַשֵּׂעָר de capillo, Levit. 13. v. 36. *Conſtr.* שְׂעַר capillus, capillorum congeries, cæſaries, Num. 6. verſ. 5. *Cum præfix.* מִשְּׂעַר de pilis, capillis, *ſive* (evelli) capillos, Eſdr. 9. v. 3. *Cum affix.* שְׂעָרֵךְ capillus tuus, Cant. 4. v. 1., שְׂעָרוֹ, Levitic. 14. v. 9. *item* שְׂעָרָהּ, Levit. 13. v. 20., *& absque* Mappik, שְׂעָרָה, Levit. 13. v. 4. pilus, capillus ejus.

שְׂעַר *m. Chald.* Pilus, capillus, Dan. 3. v. 27., 7. v. 9. *Cum affix.* עַד דִּי שַׂעֲרֵהּ, Dan. 4. verſ. 30., donec capillus, *vel* pili ejus.

שָׂעִר *m.* Piloſus, hirſutus, Gen. 27. v. 11. *Fœm. plur.* שְׂעִרֹת piloſæ, hirſutæ, Gen. 27. v. 23. *In quibuſdam ſcriptum legitur utrobique cum* Jod *ante* Reſc, *videl.* שָׂעִיר, *&* שְׂעִירֹת. *Vide quod ſequitur.*

שַׂעֲרָה *f.* Pilus, capillus: *Sed* שְׂעָרָה *aliud, vide ſupra in* שַׂעַר, *& aliud in* סַעַר *pag.* 873. 874. *Cum præfix.* אֶל־הַשַּׂעֲרָה ad capillum, Jud. 20. verſ. 16. *Conſtr.* שַׂעֲרַת capillus, pilus: *Cum præfix.* מִשַּׂעֲרַת de capillo, 1. Sam. 14. v. 45. *Cum affix* מִשַּׂעֲרָתוֹ de capillo ejus, 1. Reg. 1. verſ. 52., *Plural.* מִשַּׂעֲרוֹת præ capillis, Pſal. 40. v. 13.

שְׂעֹרָה *f.* Hordeum, *dictum* שְׂעֹרָה, *quòd ſit* hirſutum, *&* piloſum, Deut. 8. v. 8., Iſa. 26. v. 25. *Cum præfix.* הַשְּׂעֹרָה hordeum, Exod. 9. verſ. 31. *Plural. m.* (*tamquam à* שָׂעוֹר) שְׂעֹרִים, Levitic. 27. v. 16. *& cum præfix.* הַשְּׂעֹרִים, Ruth 2. v. 23., hordea.

שָׂעִיר *m.* Hircus, *dictus* שָׂעִיר *à longis* pilis, *ſive* villis. *Sed* וְשָׂעִיר *apud* Iſa. 34. v. 14. *variè redditur: Buxtorfio, & quibuſdam aliis eſt* dæmon ſylveſtris, *dictus* שָׂעִיר, *quòd forma* hirci *in ſylvis, & deſertis locis appareret, & videntibus* horrorem *incuteret; Sunt etiam, quibus videtur fuiſſe* ſcops, avis *ſcil.* horrenda: *Alii denique arbitrantur, hoc in loco deſignatum* ſacrificulum Zabium. *At Vulg., aliique reddunt* piloſum: *Cum præfix.* הַשָּׂעִיר hircus, Levit. 4. v. 24. *Conſtr.* שְׂעִיר hircus, Levit. 4. v. 23., *Sed* שְׂעִיר עִזִּים, Gen. 37. v. 31. hircus caprarum *eſt* hœdus *matri adhuc adhæreſcens*: *Plur.* וּשְׂעִירִים, Iſa. 13. v. 21. *& hoc in loco reddendo varii ſunt Interpretes: Multi vertunt* ſatyros, dæmones: *Alii* idola, hircorum *formam habentes: Aben Eſra verò notat hic, præſtare, ut intelligantur* aves horrendæ, *quam* hirci ſylveſtres, dæmones, fauni, *aut ſimilia* monſtra: *At à Vulg. redditur* piloſi. *Cum præfix.* הַשְּׂעִירִים hirci, Levit. 16. v. 7., כִּשְׂעִירִם, Deut. 32. v. 2., ſicut imbres, *dicti* שְׂעִירִים *quaſi* piloſi, *ut quibuſdam placet, quia ſcil. in decidendo* pilorum *ſpeciem referunt, ſive per* filamenta *deſcendunt. Joa. Simon. mavult, deducere à radice Arab.* effluxit, emanavit, pluit: וְלַשְּׂעִירִים, 2. Paral. 11. v. 15. & pro hircis, *ita nonnulli vertunt; Multi tamen cum Vulg. reddunt* (ſacerdotes) dæmoniorum, *ſive* pro dæmoniis, *id eſt, ut quidam exponunt,* pro idolis, hircorum *formam præſeferentibus*: *Conſtr.* שְׂעִירֵי hirci, Levit. 16. v. 5.

שְׂעִירָה *f.* Capra: *Conſtr.* שְׂעִירַת עִזִּים, Levit. 4. v. 28., 5. v. 6. capra caprarum.

שֵׂעִיר Sehbír, *nomen montis Idumeæ, qui ab Eſau hujus montis accola, eò quòd eſſet* hirſutus, *nomen accepit*, 1. Paral. 4. v. 42., Iſa. 21. v. 11. *Item nom. propr. viri*, Gen. 36. v. 20.

שְׂעַרְיָה Scehharjá, *& juxta Vulg.* Sariá, *nom propr. viri*, 1. Paral. 8. v. 38., 6. v. 44.

שַׂעֲרַיִם Scahharaím, *& juxta Vulg.* Sáarim, *&* Saraim, *nom. propr. civitatis*, Joſ. 15. v. 36., 1. Paral. 4. v. 31.

שְׂעֹרִים Sehhorím, *nom. propr. Sacerdotis*, 1. Paral. 24. v. 8.

שָׁקַל Pependit, pendit, appendit, libravit, ponderavit : *Et metaphoricè* perpendit, expendit, examinavit : *Præter.* וְשָׁקַל אֶת־שְׂעַר רֹאשׁוֹ, 2. Sam. 14. v. 26. & penderet, ponderaret, *ſive* ponderabat capillos capitis ſui : וְשָׁקַל בַּפֶּלֶס & libravit in ſtatera, *ſive* pondere, Iſa. 40. v. 12. *Partic.* וְלֹא אָנֹכִי שֹׁקֵל עַל־כַּפַּי, 2. Sam. 18. v. 12. & ſi ego appendens, *ſive* pendens ſuper manus meas, *ſive* in manibus meis : *Sed* אַיֵּה שֹׁקֵל ubi ponderans, perpendens? Iſa. 33. v. 18. *Infin.* שָׁקוֹל appendendo, ponderando, Job. 6. v. 2., לִשְׁקוֹל pendere, appendere, Eſth. 4. v. 7. *Futur.* אֶשְׁקוֹל pendam, appendam, Eſth. 3. v. 9. וָאֶשְׁקֳלָ & appendi, Jerem.

rem. 32. v. 10. *&* *cum* ה *paragog.* וָאֶשְׁקֳולָה, *item* וָאֶשְׁקֲלָה, Eſdr. 8. vv. 25. 26., Jerem. 22. v. 9., & appendi : תִּשְׁקוֹל appendes, 1. Reg. 20. verſ. 39., יִשָּׁקֵל pendet, Exod. 22. verſ. 16., וַיִּשְׁקֹל & appendit, Gen. 23. v. 16. *&* *cum affix.* יִשְׁקְלֵנִי appendet, *ſive* appendat me, Job. 31. v. 6. *Plural.* תִּשְׁקְלוּ appenditis, Iſa. 55. v. 2., עַל־תִּשְׁקְלוּ donec appendatis, Eſdr. 8. v. 29., *&* *in pauſa* יִשְׁקֹלוּ ponderant, Iſa. 46. v. 6., וַיִּשְׁקְלוּ & appenderunt, Zach. 11. v. 12. *Niph. præter.* נִשְׁקַל appenſum eſt, Eſdr. 8. v. 33. *Futur.* יִשָּׁקֵל appendetur, ponderabitur, Job. 6. v. 2.

שֶׁקֶל *m.* Siclus, *nummus ſcilicet Hebræorum*, *dictus* שֶׁקֶל *à* שָׁקַל appendit, *quòd priſcis temporibus* appenderetur, *non numeraretur argentum*. Sicli *autem pondus*, *Joſepho* lib.3. Antiquitatum *auctore*, quatuor drachmas Atticas *complectebatur* : *&* *quum* octo drachmæ latinam unciam veterem *facerent*, *ut notat Hier.* comment. *in* cap. 4. Ezech. *hinc patet*, ſiclum *propriè dictum ejuſdem ponderis fuiſſe ac* ſemiunciam Romanam veterem. *Sed quodnam fuerit pondus*, *quale pretium*, *valorque ejuſdem* unciæ Romanæ veteris, *hoc in loco exponere*, *instituti ratio nec poſtulat*, *neque patitur* : *conſulantur hac de re Joan. Leuſden*, *Guarin in* Grammatica Hebr., *&* *alii*, *qui* de nummis, *&* ponderibus Hebraicis *data opera ſermonem habent*. *In ſacris libris fit interdum mentio* שֶׁקֶל הַקֹּדֶשׁ ſicli ſanctitatis ; *&* שֶׁקֶל בְּאֶבֶן הַמֶּלֶךְ ſicli pondere regio. *Hinc quidam duplicem* ſiclum *agnoſcunt*, ſacrum *unum*, civilem *alterum*; *ita ſcil. ut primus*, *i. e.* ſacer ſemiunciam, *vel* quatuor drachmas Atticas ; civilis *vero* quartam unciæ partem, *ſive* duas drachmas Atticas *valuiſſe*, *opinentur*. *Verum aliis distinctio hæc non placet*. *Nam ut notat Guarin* in Grammatica Hebr. ſiclum *quemlibet* LXX. *interpretantur* δίδραχμον, *nunquam* τετράδραχμον ; *quam utique vocem ad* ſicli ſacri *poteſtatem exprimendam uſurpaſſent*. Siclus *itaque* Sanctuarii *dicitur*, *quia in* Sanctuario ponderum, *ac* menſurarum *exemplaria aſſervabantur*. *&* *ad eorumdem normam reliqua erant reducenda*, *ut patet ex* Levit. 27. verſ. 25. *Patet hinc etiam*, *per* τὸ שֶׁקֶל, *non* monetæ *tantum*, *ſed* *&* ponderis *ſpeciem quamdam deſignatam fuiſſe*. *Occurrit autem dictio hujuſmodi*, שֶׁקֶל *videlicet*, *variis* Scripturæ *locis*, *ut* Geneſ. 23. vv. 15. 16.,

16., Exod. 38. v. 24. *&c. In pauſa eſt cum* Kametz, *ita* שָׁקֶל, Exod. 38. v. 29. *&c. item cum præfix.* הַשָּׁקֶל, Exod. 30. v. 13. *& in pauſa* הַשָּׁקֶל, Levit. 27. verſ. 25., ſiclus: בְּשֶׁקֶל הַקֹּדֶשׁ ſiclo ſanctitatis, Levit. 27. v. 25. *Plur.* שְׁקָלִים ſicli, Exod. 21. v. 32., לִשְׁקָלִים ſiclis, 2. Paral. 3. verſ. 9. *Conſtr.* שִׁקְלֵי ſicli, 1. Paral. 21. v. 25.

מִשְׁקָל *m.* Pondus, quo *rerum gravitas* examinatur, ponderatur, 2. Reg. 26. verſ. 26. *&c. Cum præfix.* הַמִּשְׁקָל pondus, Eſdr. 8. v. 34., בַּמִּשְׁקָל, Levitic. 19. verſ. 35., *&* בְּמִשְׁקָל, Eſdr. 8. v. 34. in pondere: *Conſtr.* מִשְׁקַל pondus, Jud. 8. v. 26., בְּמִשְׁקָל pondere, menſura, 1 Paral. 28. v. 15. *Cum affix.* מִשְׁקָלוֹ, Gen. 24. v. 22., *&* מִשְׁקָלָהּ, Num. 7. v. 13. pondus ejus: בְּמִשְׁקָלוֹ in pondere ſuo, Gen. 43. verſ. 21., מִשְׁקָלָם pondus ipſorum, Gen. 24. v. 22.

מִשְׁקוֹל *m* Pondus: בְּמִשְׁקוֹל in pondere, Ezech. 4. v. 10.

מִשְׁקֶלֶת *f.* Perpendiculum, quo *rerum rectitudo* examinatur, trutina, libella: לְמִשְׁקָלֶת in perpendiculum, *ſive* libellam, ad trutinam, *& juxta Vulg.* in menſura, Iſa. 28. v. 17.

מִשְׁקֹלֶת *f.* Perpendiculum, *& juxta Vulgat.* pondus, 2. Reg. 21. verſ. 13.

שִׁקְמ *Radix inuſit. Inde nom. m.* שִׁקְמ ſycomorus, morus: *Plur.* שִׁקְמִים, Iſa. 9. v. 9., Amos 7. v. 14. *&* הַשִּׁקְמִים, 1. Paral. 27. v. 28. ſycomori, *& etiam juxta Vulg. alioſque* ficeta: כַּשִּׁקְמִים quaſi ſycomori, 1. Reg. 10. v. 27. *Fæm. cum affix.* וְשִׁקְמוֹתָם & ſycomoros, *ſive, juxta alios*, & moros eorum (perdidit), Pſal. 78. v. 47.

שָׁקַע Deſedit, in profundum deſcendit, defluit, ſubmerſus eſt: *Præter. fæm.* וְשָׁקְעָה, Amos 9. v. 5. & ſubmergetur, *juxta Buxtorfium*; *alii vertunt*, & ſubſidebit; *Vulg. habet*, & defluet: *Futur.* תִּשְׁקַע ſubmergetur, in profundum deſcendet, Jerem. 51. v. 64., וַתִּשְׁקַע & deſedit, *ſive* ſubſidit, ſubmerſus, *& juxta Vulg.* abſorptus eſt, Num. 11. v. 2. *Niph. præter. fæm.* וְנִשְׁקְהָ, Amos 8. v. 8., *ubi Maſſorethæ monent legendum* וְנִשְׁקְעָה; *Hinc quidam textui adhærentes vertunt*, & irrigabitur, *à* שָׁקָה; *Alii, Maſſor. ſequuti, reddunt*. & ſubmergetur; *Vulgat. habet*, & defluet. *Hiph.* הִשְׁקִיעַ deſidere, ſubſidere fecit; *item* demerſit, immerſit: *Futur.* אַשְׁקִיעַ מֵימֵיהֶם, Ezech. 32. v. 14., deſidere, ſubſidere

dere faciam, *i. e.* faciam, ut limpidæ fiant aquæ illorum; *nam, quæ* profunda *ſunt*, clariora, puriora *eſſe ſolent*, *limo deorſum* ſubſidente: תַּשְׁקִיעַ לְשֹׁנוֹ, Job. 40. v. 25. demerges, immerges, *& ex ſignificatione radicis Arab.* ligabis linguam ejus.

מִשְׁקָע *m.* Sedimentum, *quod* ſubſidit, *ſive* locus, *ubi aqua* ſedit, *& limpida facta eſt*: *Conſtr.* וּמִשְׁקַע־מַיִם תִּשְׁתּוּ, Ezech. 34. v. 18. & ſedimentum aquarum bibetis, *i. e. per hypallagen*, bibetis aquas ſedimenti, aquas *ſcilicet* puras, *&* limpidas, *in quibus omnis craſſa, aut terrea materia* ſubſidet, *&* in profundum depreſſa eſt, *ut exponunt Buxtorfius, aliique*.

שְׁקַעֲרוּרֹת *plural fœm.* Levit. 14. v. 37. *LXX. ſunt interpretati* κοιλάδας cavitates; *Vulg. vero*, *& alii vertunt* valliculas, foſſulas, profunditates, demerſiones profundas. *Quidam compoſitum cenſent ex* שָׁקַע, *&* שְׁעַרוּר; *alii ex* שָׁקַע, רָר, *quaſi* profunditates ſalivantes, *ſive* fluentes, *ita Buxtorfius*.

שָׁקַף Prominuit, extitit, protendit, *ſive* exeruit ſe: *Hinc* ſpectavit, proſpectavit, proſpexit. *Conſtruitur cum præpoſitione* עַל, בְּעַד, *vel* מִן: *Sed in Kal non occurrit*. *Niph. præter. in pauſa* נִשְׁקָף proſpectat, proſpexit, Pſalm. 85. v. 12. *Fœm. in pauſa* נִשְׁקָפָה proſpiciebat, reſpiciebat, Jud. 5. v. 28., 2. Sam. 6. v. 16. *ſed* Jerem. 6. v. 1. exeruit, monſtravit, exhibuit ſe videndum, *& juxta Vulgat.* viſum eſt (malum); וְנִשְׁקָפָה & reſpicit, *ſive* protendit ſe, Numer. 21. v. 20., נִשְׁקָפְתִּי proſpexi, Prov. 7. v. 6 *Partic.* הַנִּשְׁקָף reſpiciens, protendens ſe, Num. 23. v. 28. *Fœm.* מִי־זֹאת הַנִּשְׁקָפָה, Cantic. 6. v. 10. quæ *eſt* iſta, quæ promicat, *& juxta Vulg.* progreditur, *ad ſe ſcil. oſtendendam*. *Hiph. præter.* הִשְׁקִיף proſpexit, Pſal. 14. v. 2., 53. v. 3., 102. v. 20. *Imper. cum* ה *parageg.* הַשְׁקִיפָה reſpice, Deut. 26. verſ. 15. *Futur.* עַד־יַשְׁקִיף donec reſpiciat, reſpiceret, Thren. 3. v. 50., וַיַּשְׁקֵף & proſpexit, intuitus eſt, Gen. 19. verſ. 28., 26. v. 8., Exod. 14. v. 24., 2. Sam. 24. v. 20. *Fœm.* וַתַּשְׁקֵף & reſpexit, 2. Reg. 9. v 30. *Plur.* וַיַּשְׁקִיפוּ אֵלָיו שְׁנַיִם שְׁלֹשָׁה סָרִיסִים & protenderunt, *ſive* inclinaverunt ſe ad eum duo tres, *i. e.* duo, *vel* tres eunuchi, 2 Reg. 9. v. 32. *item alia forma*, וַיַּשְׁקִפוּ & reſpexerunt, Gen. 18. v. 16.

שֶׁקֶף *m.* Proſpectus, *juxta Pagninum, Buxtorfium, &c. Occurrit ſemel in pauſa* רְבָעִים שָׁקֶף, 1. Reg. 7. v. 5. (at omnia oſtia, & poſtes) quadrati *erant* proſpectu, *i. e. ut quidam exponunt*, (oſtiorum apertio, & poſtium poſitio erant) ad proſpectum in omnes partes accomodata in figura quadrata; *ſive, ut alii notant*, (& omnes portæ cum poſtibus) quadratæ *unius* aſpectus: *Vulg. ſenſum expreſſit*.

שְׁקוּף *maſc.* Proſpectus, *juxta Buxtorfium*: *Occurrit in plural.* חַלּוֹנֵי שְׁקֻפִים אֲטֻמִים, 1. Reg. 6. v. 4. *variè redditur*: *Quidam vertunt*, feneſtras proſpectuum clauſorum, *ſeu* compreſſorum, *i. e. è lato contractas utrinque uſque ad mediam craſſitiem muri*: *eo enim ratione lux commodius undequaque intromittitur*. Clauſæ autem erant vitro ad arcendas cæli injurias; *ita interpretatur R. Jehuda ſcriptor antiquiſſimus*, *cujus ſententiam reliquis omnibus præferendam*, *arbitratur Junius*: *Kimchi autem ſic ſe explicat*: In verbis doctorum noſtrorum è contrario invenimus apertas extrinſecus, clauſas intùs, præter morem cæterarum feneſtrarum, ad oſtendendum, quòd non egerent luce. *LXX. habent*, (& fecit) θυρίδας παρακυπτομένας, κρυπτάς, feneſtras obliquè proſpicientes, abſconditas; *Vulgat. verò reddit ſimpliciter*, feneſtras obliquas: וּשְׁקֻפִים שְׁלֹשָׁה טוּרִים, 1. Reg. 7. verſ. 4. & proſpectuum, *ſive* feneſtrarum tres ordines, *ſive* & feneſtris tres ordines *erant*, *i. e. ut R. David exponit*, tres ordines tabularum cedrinarum inter feneſtram, & feneſtram: *Alii vertunt*, & feneſtræ *erant* triplici ordine, ut feneſtra ad feneſtram: *Vulgat. habet* (columnas) contra ſe invicem poſitas.

מַשְׁקוֹף *m.* Superliminare, *ab* aſpectu, *vel quia ſupra januam* protenſum, *&* exſertum, *dictum* מַשְׁקוֹף: *Occurrit cum præfix.* הַמַּשְׁקוֹף, Exod. 12. vv. 7. 22. 23.

שקץ שִׁקֵּץ Abominabilis fuit, *in Kal inuſit. Pih.* שִׁקֵּץ abominabilem fecit, *ſive* reddidit; *item* abominabilem habuit, abominatus, deteſtatus eſt: *Præter.* וְלֹא שִׁקַּץ & non abominatus eſt, *ſive* neque deſpexit, Pſal. 22. v. 25. *Infin. cum Futur. & affix. & Nun paragog.* שַׁקֵּץ תְּשַׁקְּצֶנּוּ, Deut. 7. v. 26. deteſtando deteſtaberis illud: *Futur. plur.* תְּשַׁקְּצוּ deteſtabimini, abominabile habebitis, *ſive* abominabilia erunt

vobis,

vobis, Levit. 11. v. 13. *item* (nè) abominabiles reddatis, Levit. 11. v. 43., 20. v. 25. *ubi Vulg. vertit*, nolite contaminare, *&* nè polluatis: *In pauſa* תְּשַׁקֵּצוּ deteſtabimini, *&* *juxta Vulg.* vitabitis, Levit. 11. v. 11.

שֶׁקֶץ *m.* Abominatio, pollutio, deteſtatio, exſecratio; *item* abominabile, exſecrandum, exſecrabile, pollutum, Levit. 7. v. 21. *&c. Cum præfix.* וְהַשֶּׁקֶץ & abominatio, *ſive* res abominabilis, Iſa. 66. v. 17.

שִׁקּוּץ, *vel* שִׁקֻּץ *m.* Abominatio, deteſtatio, Dan. 12. v. 11. *Item metonymicè ipſum* abominationis objectum *deſignat*, *ut* offendiculum, idolum, 1.Reg.11.vv.5.7., 2.Reg.23. v.13. *Cum præfix.* הַשִּׁקּוּץ abominatio, Dan. 11. v. 31. *Plur.* וְעַל כְּנַף שִׁקּוּצִים, Dan. 9. v. 27. & ſuper alam abominationum; *quidam per hanc divini oraculi partem deſignatas volunt* legiones Romanas; *LXX. autem* τὸ כְּנַף *ſunt interpretati* ἱερὸν templum, *cujus ſcilicet latæ, longæque porticus inſtar alarum ſe ſe habebant*: *Unde Vulg. ſequutus LXX. ſententiam*, *vertit*, & erit in templo abominatio: וַיִּהְיוּ שִׁקּוּצִים & facti ſunt abominabiles, Hoſe. 9. v. 10. *item* שִׁקֻּצִים abominationes, Nah. 3. v. 6. *Cum præfix.* הַשִּׁקּוּצִים, 2. Paral. 15. v. 8., *&* הַשִּׁקֻּצִים, 2. Reg. 23. v. 24. abominationes, *& metonymicè*, offendicula, idola: *Conſtr.* שִׁקּוּצֵי abominationes, offenſiones, offendicula, Ezech. 20. vv. 7. 8. *Cum affix.* שִׁקּוּצֶיךָ, Jerem. 4. v. 1., *item* שִׁקּוּצַיִךְ, Ezech. 5. v. 11. *& in pauſa* שִׁקּוּצָיִךְ, Jerem. 13. v. 27. offendicula tua, offenſiones, abominationes tuæ: שִׁקֻּצָיו, Zach. 9. verſ. 7., *&* שִׁקּוּצֶיהָ, Ezech. 11. verſ. 18., abominationes, offenſiones ejus: שִׁקּוּצֵיהֶם abominationes, *i. e.* idola eorum, Deut. 29. v. 16., וּבְשִׁקּוּצֵיהֶם & in abominationibus ſuis, Iſa. 66. v. 3., Ezech. 37. v. 23.

שקק Diſcurrit, diſcurſavit, vagatus eſt: *Particip.* שׁוֹקֵק, Prov. 28. v. 15. diſcurſans, vagans, *juxta Buxtorfium*, *aliosque*; *Græcis eſt* διψῶν ſitiens, *i. e.* appetens *aquam*; *à Vulg. autem redditur*, eſuriens: *à verbo* שוק, *quòd latinè ſonat*, appetivit, concupivit, *à quò* תשוקה appetitus *eſt*, *ſenſum derivans*. *Et quidem optimè*, *ut probat Bochartus in* Hierozoicon Lib. III. c. IX. *Atque inprimis omnium fermè ſententia*, שֹׁקֵקָה, Pſalm. 107. v. 9., *item* שׁוֹקֵקָה, Iſa. 29. v. 8.

eſt

eſt (anima) eſuriens, *aut* famelica, *vel juxta Pagninum* avida, *nec diſcordat utrobique Vulgat. licet, poſita cauſa pro effectu, vertat* inanem, vacuam. *Non video autem, addit ille, quorſum* Prov. *laudato loco cum* leone rugiente *jungatur* urſus gradiens, *aut* diſcurrens: *At cum* urſo famelico *rectè jungitur* leo rugiens; *quia prædæ* appetitu leo rugire *ſolet, ſicque cum utroque meritò ibidem confertur princeps* rapax, *qui ſubditorum bonis inhiat, & illa* diripit, *&* deprædatur. *Fæm.* שׁוֹקְקָה, *&* שֹׁקְקָה *vide mox ſupra in maſc.* שׁוֹקֵק: *Futur. cum affix.* וַתְּשֹׁקְקֶהָ *vide ſupra in* שׁוּק *pag.* 1586. *Plur. defectivè* יָשֹׁקּוּ בָּעִיר, Joel. 2. v. 9. per urbem diſcurrent; *Vulgat. vertit*, urbem ingredientur. *Hithpah. futur. geminata prima radicali, cum* Nun *paragog.* יִשְׁתַּקְשְׁקוּן, Nah. 2. v. 5. diſcurſitant, *vel* allidunt ſe diſcurrendo, *ut* crura *ſolent, quaſi à* שׁוֹק *mutuata ſit ſignificatio, ita Buxtorfius*; *Vulgat. vertit*, (quadrigæ) colliſæ ſunt. *Alia, quæ hinc eſſe poſſent, vide in* נָשַׁק, שׁוּק, *&* שָׁקָה.

מֶשֶׁק *m.* Diſcurſitatio: וּבֶן־מֶשֶׁק בֵּיתִי, Gen. 15. v. 2., & filius diſcurſitationis domus meæ, *i. e.* omnium rerum mearum domeſticarum procurator, & futurus hæres, cum liberis caream. *Eſt autem, ut* מֶכֶם *à* כָּסַם, *quemadmodum ſcribit Aben Eſra*. *Quidam à* מֵשֵׁק *deducunt, quaſi idem ſit, quod* וּבֶן־מְמֻשָּׁק & filius derelictionis domus meæ, *i. e.* cui, ut hæredi extraneo, domus, & bona mea poſſidenda derelinquentur: *Hactenus Buxtorfius*: *Ab Joa. verò Simone, aliiſque redditur* filius poſſeſſionis domus meæ, *id eſt* poſſeſſor, & hæres meus, *à* מָשַׁק, *quod in illorum ſententia ex uſu Arab. ſonat latinè*, poſſedit: *Theodction vertit*, & filius, ὁ ἐπὶ qui eſt ſuper, qui præeſt domui meæ; *Vulg. habet*, & filius procuratoris domus meæ.

מַשָּׁק *m.* Diſcurſio, diſcurſitatio, vagatio, *juxta quoſdam*, Iſa. 33. v. 4. *ubi Vulg. ſecùs vertit*; *vide Interpretes*.

שָׁקַר Mentitus eſt, fallaciter dixit, *vel* egit: *Alio in ſenſu vide infra cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro*: *Futur.* אִם־תִּשְׁקֹר לִי, Gen. 21. v. 23. ſi mentitus fueris mihi; *LXX. ſunt interpretati*, (jura), te μὴ ἀδικήσειν με, *i. e.* non læſurum me; *Vulg. habet*, nè noceas mihi. *Pihel* שִׁקֵּר frequenter mentitus eſt, mendaciter, fallaciter egit: *Præter. plur.*

plur. וְלֹא־שִׁקַּרְנוּ בִּבְרִיתֶךָ & non mentimur, *vel* mendaciter agimus contra fœdus tuum, Pſal. 44. v. 18. *ubi Vulg. habet* & inique non egimus in teſtamento tuo: *Futur.* וְלֹא אֲשַׁקֵּר בֶּאֱמוּנָתִי, Pſalm. 89. v. 34., neque mentiar contra fidem meam; *Vulgat. vertit*, neque nocebo in veritate mea: לֹא יְשַׁקֵּר, 1. Sam. 15. v. 29. non mentietur, *i. e.* non fruſtra minatur, *ſive* illud, quod minatur, certò implebit; *unde Vulgat. optimè ſenſum expreſſit, vertens*, non parcet: *Plural.* וְלֹא־תְשַׁקְּרוּ, Levit. 19. v. 11. & non decipietis, *ſive* non mendaciter agetis: לֹא יְשַׁקֵּרוּ, Iſa. 63. v. 8., non mendaciter agent; *Vulg. vertit*, non negantes.

שֶׁקֶר *m.* Mendacium, falſitas, fraus, dolus, Exod. 23. v. 7. *&c. Item adverbialiter*, falſò, minimè, 2. Reg. 9. verſ. 12., Jerem. 37. v. 14., *&* ſine cauſa, immeritò, iniquè, Pſal. 35. v. 19., 38. v. 20., *69*. v. 5., 119. vv. 78. 86., Ezech. 13. v. 22. *In pauſa* שָׁקֶר, Exod. 5. v. 9., *&c.* mendacium, *&c. Cum præfix.* הַשֶּׁקֶר, Jerem. 7. v. 4. *& in pauſa* הַשָּׁקֶר, Jerem. 7. v. 8. mendacium: כַּשֶּׁקֶר, Jerem. 3. v. 10.; 29. v. 9., *&* בַּשֶּׁקֶר, Jerem. 5. verſ. 31., 23. v. 14. *& in pauſa* בַּשָּׁקֶר, Jerem. 13. v. 25. in falſitate, in mendacio, cum mendacio, mendaciter, falſo: לַשֶּׁקֶר, Levit. 5. v. 24., *& in pauſa* לַשָּׁקֶר, Levit. 19. v. 12. per mendacium, mendaciter, falſò; *item* fruſtra, 1. Sam. 25. v. 21. *Plur.* שְׁקָרִים mendacia, falſitates, Pſalm. 101. v. 7., Prov. 12. v. 17., 19. vv. 5. 9. *Cum affix.* בְּשִׁקְרֵיהֶם mendaciis ſuis, Jerem. 23. verſ. 32.

שקר *in Kal inuſitat. Pih.* שִׂקֵּר nutavit, nictavit: *Particip. plural. fœm.* וּמְשַׂקְּרוֹת עֵינָיִם, Iſa. 3. v. 16., & nictantes, innuentes, annuentes oculis, *ita Recentiores multi*: *LXX. habent*, καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν, *i. e.* & nutibus oculorum. *Notat Buxtorfius*, τὸ שִׂקֵּר *idem eſſe ac Chaldaicum* סקר, *quod latinè ſonat*, intuitus eſt.

שֹׁקֶת *fœm.* Canalis, aquarium, *&c. Quod vide ſupra poſt* שָׁקָה *inter nomina.*

שַׂר *maſc.* Princeps, dux, præpoſitus. *Vide ſupra poſt* שׂוּר *pag.* 1593.

שֹׁר *m.* Umbilicus. *Vide infra poſt* שָׁרַר *inter nomina.*

שְׁרָא *Chald.* Solvit, diſſolvit, aperuit: *Sed metaphoricè* diverſatus, hoſpitatus, commoratus eſt, habitavit, manſit, *ut Græcè* καταλύω, *deſumta phraſi ab iis, qui, in hoſpitium diverſantes, ſarcinas ſuas, & jumenta* ſolvere *ſolent*: *Item* cœpit, incepit, *ſicut Hebr.* פתח *eſt* ſolvere, *ſive* aperire, *&* incipere; *ita Joa. Simon*: *Partic. Pehil* עִמֵּהּ שְׁרֵא, Dan. 2. verſ. 22., cum eo habitat, *ſive* habitans, commorans: *Plural.* שָׁרַיִן ſoluti, Dan. 3. v. 25. *Infin.* לְמִשְׁרֵא ſolvere, Dan. 5. v. 16. *Pahel præter. plur.* וְשָׁרִיו לְמִבְנֵא & coeperunt ædificare, Eſdr. 5. v. 2. *Sed* שְׁרָיאֹו *vide ſupra in* ירא *pag.* 488. *Particip.* וּמְשָׁרֵא & ſolvens, Dan. 5. v. 12. *Hithpahal particip. plural.* מִשְׁתָּרַיִן ſoluta, diſſoluta, Dan. 5. verſ. 6.

* בְּשְׂרָא *Chald. in ſtatu emphat. vide ſupra in* בָּשָׂר *pag.* 137.

שׁוּרַיָּא *Chald. vide ſupra in* שׁוּר *item Chald. pag.* 1590.

שַׂרְאֶצֶר Scaretzer, *nomen propr. virorum*, 2. Reg. 19. v. 37., Iſa. 37. v. 38.

שָׁרָב *m.* Æſtus, exſiccatio, Iſa. 49. v. 10. *Item metonymice* exſiccatum, combuſtum, *ſive* torridus, aridus locus, *ita cum præfix.* הַשָּׁרָב, Iſa. 35. v. 7.

שֵׁרֵבְיָה Scereveják, *nom. propr. viri*, Nehem. 9. v. 4.

שַׁרְבִיט *m.* Sceptrum, virga, baculus *principis*, Eſth. 4. v. 11., 8. v. 4. *& cum præfix.* הַשַּׁרְבִיט virga, Eſth. 5. v. 2. *Dictio hæc laudatis tantum in locis legitur, & Aſſyria videtur, compoſita ex duobus Synonymis, videl. ex* שרב, *&* שבט, *quod Syris eſt*, extendit: *Unde* ſceptrum *dictum* שַׁרְבִיט *ab* extenſione.

שָׂרַג Implicuit, intricavit, *in Kal inuſit. Pyh. futur. plur. in pauſa* יְשֹׂרָגוּ implexi, perplexi ſunt, Job. 40. v. 17. *Hithp. futur. plur.* יִשְׂתָּרְגוּ, Thren. 1. v. 14., implicantur, contorquentur, *ſive* implicant, intricant; *Vulg. vertit*, convolutæ ſunt.

שְׂרוּג Serug, *nom. propr. viri*, Gen. 11. v. 20.

שָׂרִיג *m.* Propago, ſurculus, palmes, *dictus* שָׂרִיג, *quòd* implicari *ſoleat*, *ſive quòd capreolos valde* implicatos *habeat*: *Occurrit in plural.* שָׂרִיגִים *& cum præfix.* הַשָּׂרִיגִים, Gen. 40. vv. 10. 12., palmites, propagines: *Cum affix.* שָׂרִיגֶיהָ palmites, *& juxta Vulg.* rami ejus, Joel. 1. v. 7.

שָׂרַד Superfuit, reſiduum fuit, *vel* manſit: *Præter. plur.* וְהַשְּׂרִידִים שָׂרְדוּ מֵהֶם, Joſ. 10. v. 20., & reſidui, reliqui, (*qui*) ſuperfuerunt, *ſive* ſupererant ex eis, *Vulg. ſenſum expreſſit*.

שְׂרָד *maſc.* Miniſterium, *juxta multos; aliis vero eſt* textura: *Huic voci præponitur nomen* בֶּגֶד veſtis: *Unde* בִּגְדֵי־שְׂרָד, Exod. 39. v. 1., veſtes miniſterii, *ſive* veſtes texturæ, *id eſt* textæ. *Ut autem exponit R. Salomon apud Buxtorfium, per τὸ* בִּגְדֵי־שְׂרָד *intelliguntur* panni, *&* mappæ miniſterii ſacri, *quibus tegebatur arca, & menſa, & candelabrum, ac proinde ſimiles erant* cortinis, *aut* velis, *quæ Chaldaicè dicuntur* סְרָדִין: *Alii vertunt* veſtes reſidui, *quibus ſcil. ad* reſidua *uterentur, i. e. ad arcam, menſam, & reliqua vaſa involvenda. Hinc Kimchi arbitratur, diſtinguendas* בִּגְדֵי־כְהֻנָּה veſtes ſacerdotii *à* בִּגְדֵי־שְׂרָד veſtibus miniſterii. *At ſunt etiam, qui volunt,* בִּגְדֵי־שְׂרָד *fuiſſe* veſtes *communes Sacerdotum, & Levitarum miniſterio fungentium, diſtinctas propterea à* veſtibus ſanctis *propriè ſacerdotalibus. Occurrit & cum præfix.* הַשְּׂרָד, Exod. 31. v. 10., 35. v. 19., 39. v. 41. *Vulg. ſenſum ubique expreſſit*.

שֶׂרֶד *m. Hujus dictionis ſenſus apud Interpretes varius. Occurrit ſemel cum præfix.* בַּשֶּׂרֶד, Iſa. 44. verſ. 13. *Itaque LXX. ſunt interpretati ἐν μέτρῳ* in menſura; *Aquila ἐν παραγραφίδι; παραγραφὶς autem eſt* ſtylus, *vel* linea *aliquid circumſcribens, uti Vitringæ ſuis in hunc locum* Comment. *videtur; Hinc Buxtorfius, quem non pauci ſequuntur, vertit,* amuſſi, *ſive* filo menſorio, *fabrorum ſcil. lignariorum: Ex Recentioribus vero alii reddunt*, minio, creta, *ſive* rubrica: *ſolent fabri lignarii, formam externam corporis ſignantes,* filum menſorium, *quo utuntur in eo dimetiendo, inficere* creta, *vel* rubrica, *qua impreſſa ligno, menſuras corporis ſignant: Atque hunc quidem ſenſum illuſtrat, atque defendit Bochartus in* Hierozoicon P. II. *Verum à Vulg. redditur* in runcina.

שָׂרִיד *m.* Superſtes, reliquus, reſiduus, reſiduum, Num. 21. v. 35. *&c. Plur. cum præfix.* וְהַשְּׂרִידִים & reſidui, reliqui, Joſ. 10. verſ. 20., וּבַשְּׂרִידִים & in reſiduis, Joel. 3. v. 5. *Conſtr.* עַם שְׂרִידֵי חָרֶב populus reſiduorum gladii, *i. e. ut*

expo-

exponit Vulg. populus, qui remanſerat à gladio, Jerem. 31. verſ. 2. *Cum affix.* שְׂרִידָיו reliqui, reſidui ejus, Job. 27. verſ. 15.

שָׂרִיד Scarid, *terminus poſſeſſionis Tribus Zabulon*, Joſ. 19. verſ 10.

שָׁרָה Solvit, dimiſit, emiſit: *Alio in ſenſu, ſed cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro, vide infra ſuo loco: Futur. cum affix.* יִשְׁרֵהוּ, Job. 37. v. 3. ſolvit, ſolutum emittit, *i. e.* libere ire facit illud; *Alii vertunt*, dirigit illud, *quaſi ſit à* יָשַׁר; *Vulg. dictionem hanc à* שׁוּר contemplatus eſt *derivans, vertit*, ipſe conſiderat. *Pih.* שֵׁרָה ſolvit, liberum fecit: *Præterit. juxta quoſdam, cum affix.* אִם־לֹא שֵׁרוֹתִךָ לְטוֹב, Jerem. 15. v. 11. *ubi Maſſorethæ docent legendum cum* Jod *loco* Vau; *hinc ſic legentes vertunt*, ſi non abſolvero te in bonum, *ſive* ſi non ſolvi, *vel* liberum feci te: *Aliis vero eſt nomen à* שְׁרוּת ſolutio; *atque reddunt*, ſi non ſolutio, liberatio tua *erit* in bonum; *Vulgat. videtur legiſſe* שְׁאֵרִיתְךָ; *habet enim*, ſi non reliquiæ tuæ in bonum: *Sed* שַׁרְיו *Chald. vide ſupra in* שְׁרָא: אֲשִׁירָה *vide ſupra in* שׁוּר *pag.* 1589. יְשֻׁרוּן *vide ſupra poſt* יָשַׁר *pag.* 514. *in fine.*

שָׂרָה *f. Inde plur. cum affix.* שָׂרוֹתַיִךְ, *&* בְּשָׂרוֹתֶיהָ *vide ſupra poſt* שׁוּר *pag.* 1592.

שֵׂרָה *f. Inde plur.* הַשֵּׂרוֹת *vide ſupra pag.* 1592.

שִׁירָה *fœm. Vide pag.* 1592. *Sed* שִׁירֹה, שִׁירוֹ, *& plur. maſc.* שִׁירִים, שִׁירַיִךְ *&c. vide ſupra in* שִׁיר *pag.* 1591. *Plur. fœm.* שִׁירוֹת *vide ſupra pag.* 1592.

שִׁרְיָה *f.* Lorica, *& juxta Vulg.* thorax: *Bochartus vero, aliique* ſpiculum *intelligunt*: *Occurrit* Job. 41. v. 18. *Sed cum affix.* שִׁרְיָךְ, *& plur. cum præfix.* בְּשִׁרְיִם *vide ſupra in* שִׁיר *pag.* 1591.

שׁוּרְיָה *Chald. vide ſupra in* שׁוּר *item Chald. pag.* 1590.

שָׁרָי Scarai, *nom. propr. viri*, Eſdr. 10. v. 4.

שָׁרוֹן *m.* Campus, campeſtria, planities *ferax*, *juxta Vulgat. & alios: Bochartus cenſet, per τό* שָׁרוֹן *deſignari locum* lati proſpectus, *& à* שׁוּר *deducit: Eſt etiam & nomen propr.* regionis campeſtris paſcuoſiſſimæ *circa Lyddam, & Joppen, inde in Aquilonem extentæ, uſque ad Cæſaream, vel Montem Carmelum, quem* Saronæ *ſitum Bochartus in* Hieroz. P. I.

Lib. 11. cap. xxx1. *probat ex* Lucæ *verbis* Act. 9. v. 35. *confirmatque Euſebii, atque Hieronymi in* Iſa. 32. *auctoritate*. *Occurrit cum præfix.* חֲבַצֶּלֶת הַשָּׁרוֹן roſa, *ſive* flos campi, Cantic. 2. v. 1., וְהָיָה הַשָּׁרוֹן & erit planities, campus, & *juxta Vulgat.* & erunt campeſtria, Iſa. 66. v. 10. *Sed* 1. Paral. 5. v. 16., & Iſa. capp. 33. v. 9., 35. v. 2. *etiam à Vulg. redditur* Saron: בַּשָּׁרוֹן in Saron, 1. Paral. 27. v. 29. *Inde nom. patronymicum* הַשָּׁרוֹנִי Haſcaroní, & *juxta Vulg.* Saronites, 1. Paral 27. v. 29. *Fuit etiam* שָׁרוֹן *vini optimi ferax: Unde* יֵין הַשָּׁרוֹנִי vinum Scaroniticum, *cui duas partes aquæ immiſcebant, quemadmodum legitur in* Scabbat, & Nidda. *Notandum*, τὸ שָׁרוֹן *non Buxtorfio*, & *Bocharto tantum, ſed & multis aliis recentioribus in laudatis omnibus locis eſſe appellativum certæ* regionis *nomen*.

שִׁרְיָן *m.* Lorica, & *quidem* eximia *propter* Nun *in fine* augmenti *ſignum, quemadmodum ſcribit Joa.* Simon: *Cum præfix.* וּבֵין הַשִּׁרְיָן 1. Reg. 22. v. 34., 2. Paral. 18. v. 33., & inter loricam, *ita cum Buxtorfio alii*: *At LXX. verterunt* & inter θώραξ; *Vulg.* & inter ſtomachum, *item* & inter ſcapulas: כַּשִּׁרְיָן ut lorica, Iſa. 59. v. 17.

שִׁרְיוֹן *m.* Lorica, 1. Sam. 17. vv. 5. 38. & *cum præfix.* הַשִּׁרְיוֹן lorica, 1. Sam. 17. v. 5. *Plur.* הַשִּׁרְיֹנִים, Nehem. 4. v. 10. & *fæm.* שִׁרְיֹנוֹת, 2. Paral. 26, v. 14. loricæ.

שֵׁרוּר; *Inde cum affix.* שֵׁרוּתְךָ *vide ſupra in verbo* שָׂרָה.

מִשְׁרָה *f. Inde conſtr.* וְכָל־מִשְׁרַת עֲנָבִים, Num. 6. verſ. 3., & omne maceratum uvarum, *juxta Buxtorfium*; *Joa. Simon vertit*, omne id, in quo maceratæ ſunt uvæ; *Alii habent*, omne perfuſum, intinctum, *ſive* dilutum, diſſolutum in uvis: *Sed LXX. ſunt interpretati*, ὅσα κατέργαζεται, *i. e.* quidquid conficitur ex uvis; *Vulg.* quidquid de uva exprimitur.

שָׂרָה Principem ſe geſſit de principatu contendit: *Item* principatum tenuit: *Præter.* שָׂרָה אֶת־אֱלֹהִים, Hoſe. 12. v. 4., principem ſe geſſit cum Deo, *i. e.* de principatu contendit, *ita Buxtorfius*; *Alii vero reddunt*, priucipatum habuiſti, *ſeu* obtinuiſti, tenuiſti cum angelo; *Vulg. vertit*, directus eſt cum angelo: כִּי־שָׂרִיתָ עִם־אֱלֹהִים, Gen. 32. v. 29., quia principem te egiſti cum Deo, *q. d.* ſupe-

ſuperior evaſiſti, *ſive, ut habet Vulg.*, quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti. *Reliqua, quæ ad hanc radicem ſpectare, videntur, vide ſupra in* שׂור *pag.* 1793. 1594.

שָׂרָה Sará, *nom. propr. uxoris Abrahæ*, Gen. 17. v. 15. *Alia vide in* שׂור *inter nomina: Sed* בְּשָׂרִי *vide ſupra in* סור *pag.*853.

שְׂרָיָה Serajá, *& juxta Vulg.* Saraias, *&* Sareas, *nom. propr. virorum*, 2. Sam. 8. v. 17., 2. Reg. 25. v. 18. *&c.*

שְׂרָיָהוּ Serajahu, *& juxta Vulgat.* Saraia, *nom. propr. viri*, Jerem. 36. v. 26.

שַׂר *m.* Princeps, *&c. vide ſupra poſt* שׂור *pag.* 1593.

שִׂרְיֹן Sirjón, *& juxta Vulgat.* Sarion, *nomen, quo Sidonii appellabant montem ab Iſraelitis dictum* Hermon, Deuter. 3. verſ. 9.

מִשְׂרָה *f.* Principatus: *Sed hoc vide ſupra poſt* שׂור *pag.* 1594.

שֶׂרַח Saráh, *nom. propr. mulieris, filiæ Aſer*, Geneſ. 46. v. 17., 1. Paralip. 7. verſ. 30. *Et in pauſa* שָׂרַח, Num. 26. verſ. 46.

שָׂרַט Cecidit, incidit, laceravit, lancinavit: *Infin.* שׂרוט cædendo, lacerando, lancinando, *& juxta Vulg.* conciſione, Zach. 12. v. 3. *Futur. plur.* יִשְׂרְטוּ שָׂרֶטֶת, Levit. 21. v. 5. incident cæſuram; *Vulg. vertit*, facient inciſuras. *Niph. futur. plur. in pauſa* יִשָּׂרֵטוּ cædentur, lacerabuntur, lancinabuntur.

שֶׂרֶט *m.* Cæſura, inciſura, inciſio, laceratio, laniatio, Levit. 19. v. 28.

שָׂרֶטֶת *f.* Cæſura, *&c. ut* שֶׂרֶט: *In pauſa* שָׂרָטֶת, Levit. 21. v. 5. inciſura, *&c.*

שָׂרַךְ Implicuit, intricavit, circumflexit. *Pih. partic. fœmin.* מְשָׂרֶכֶת דְּרָכֶיהָ, Jer. 2. v. 23., implicans vias ſuas, *i. e.* hùc illùc diſcurrens æſtu libidinis, *ita reddit Buxtorfius cum aliis; Vulg. habet*, explicans vias ſuas.

שְׂרוֹךְ *m.* Corrigia, *dicta* שְׂרוֹךְ, *quia implicari ſolet*, Gen. 14. v. 23., Iſa. 5. v. 27.

שָׂרַם *Radix. Inuſitata. Inde nom. fœmin. plural. cum præfix.* הַשְּׂרֵמוֹת, Jerem. 31. v. 40. *quod vide ſupra jam expoſitum in nom.* שְׂרֵמָה *pag.* 1550.

שַׂרְסְכִים Sarſechím, *nom. propr. principis regis Babylonis*, Jerem. 49. v. 3.

שִׁרְיָן *m. Vide ſupra poſt* שָׂרָה *inter nomina pag.* 1762. *Vide etiam ibidem* שִׁרְיוֹן.

שִׂרְיֹן *Nom. propr. vide ſupra inter nomina pag.* 1763.

* אֶשְׁרַנָּא *Vide ſupra in* שׁור *Chald. pag.* 1590.

שָׂרַע Redundavit, *juxta quoſdam: Aliis vero eſt*, extendit, exporrexit: *Partic. Pahul* שָׂרוּעַ, Levit. 21. v. 18., prælongus, redundans membris, *ſive* qui eſt membris juſto longioribus; *Vulg. exponit* grandi, *vel* torto naſo. *Hithpah. infinit. cum præfix.* מֵהִשְׂתָּרֵעַ, Iſa. 28. v. 20. à redundando, *id eſt* quam ut redundet, *aut* longius ſe protendat, extendat; *Vulgat. ſenſum ita expreſſit*, ita ut alter decidat.

שַׂרְעַף *m. Eſt propriè, ut quidam arbitrantur*, ramus *principalis in vertice arboris, qui hinc inde à vento* agitatur, *compoſitum ex* שַׂר, *quod latinè ſonat*, princeps, *&* סְעַף frons frondis, ramus; *vel ut aliis placet, à* עָרַף uſſit, *&* עוּף volavit. *Sunt etiam, qui volunt, compoſitum ex duobus ſynonymis, ſcil. ex* שָׂרַע extendit ſe, *&* סעף diviſit; *unde* שַׂרְעַף *fit* ramus *in multas frondes* ſe dividens, *&* extendens. *Inde per translationem* cogitatio ſollicita, anxia *inſtar frondium propendentium*, multiplex animi diviſio: *Plural.* בְּרֹב שַׂרְעַפַּי, Pſal. 94. v. 19. in multitudine cogitationum mearum anxiarum; *ita Recentiores non pauci: At LXX. ſunt interpretati*, κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν μου, *i. e. ut etiam habet Vulg.* ſecundum multitudinem dolorum meorum, *& benè: Nam* cogitatio anxia, *&* multiplex *eſt quidam* animi dolor, ſpiritus *quædam* afflictio: *In pauſa* וְדַע שַׂרְעַפָּי, Pſal. 139. v. 23., & cognoſce cogitationes meas: *LXX. habent* τὰς τρίβους μου ſemitas meas; *nam* cogitationes *ſunt* animi ſemitæ.

שָׂרַף Uſſit, combuſſit, exuſſit, incendit, cremavit, aduſſit, coxit: *Præt.* שָׂרַף בָּאֵשׁ combuſſit igne, Lev. 8. v. 17., וְשָׂרַף אֹתוֹ & comburet eum, Levit. 4. verſ. 21. *Cum affix.* וּשְׂרַפְתּוֹ & combures eum, Exech. 43. verſ. 21., וּשְׂרָפָהּ & exuret eam, Jerem. 21. v. 10., שְׂרָפָם incendit, ſuccendit eas, Joſ. 11. v. 13., וּשְׂרָפָם & combüret ea, Jerem. 43. verſ. 12. *Fem. cum affix.* אֵשׁ שְׂרָפָתַם ignis combuſſit eos, Iſa. 47. v. 14., שָׂרַפְתָּ combuſſiſti, Jerem. 36. v. 29., שָׂרַפְתִּי

com-

combuſſi, Iſa. 44. v. 19. *Plur.* וְהָעִיר שָׂרְפוּ & civitatem incenderunt, Joſ. 6. v. 24.. וְשָׂרְפוּ & comburent, Levit. 16. v. 27. *& cum affix.* וּשְׂרָפוּהָ, Jerem. 32. verſ. 29. *item* וּשְׂרָפֻהָ, Jerem. 34. v. 22. & comburent, incendent: שָׂרַפְנוּ combuſſimus, ſuccenſimus, 1. Sam. 30. v. 14. *Partic. cum præfix.* וְהַשֹּׂרֵף & comburens, Levit. 16. verſ. 28. *Plural.* שֹׂרְפִים, 2. Reg. 17. v. 31. comburentes: *Pahul fœm.* שְׂרוּפָה, 1. Sam. 30. v. 3., *&* שְׂרֻפָה, Pſalm. 80. v. 17., combuſta, ſuccenſa: *Plur.* שְׂרוּפוֹת, Nehem. 3. v. 34., *&* שְׂרֻפוֹת, Iſa. 1. v. 7., combuſtæ, ſuccenſæ: *Infin.* שָׂרוֹף comburendo, 2. Sam. 23. v. 7. *Conſtr.* לְבִלְתִּי שְׂרֹף abſque comburere, *id eſt* nè combureret, Jerem. 36. v. 25., אַחֲרֵי שְׂרֹף poſt comburere, *id eſt* poſtquam combuſſerat, Jerem. 36. v. 27., לִשְׂרֹף ad comburendum, incendendum, Jerem. 7. v. 31., 19. v. 5. *& cum affix.* עַל־שָׂרְפוֹ eo quod incenderit ipſe, Amos. 2. v. 1., לְשָׂרְפוֹ ad comburendum eum, Jud. 9. v. 52. *Futur.* וָאֶשְׂרֹף אֹתוֹ & combuſſi eum, Deut. 9. v. 21., תִּשְׂרֹף combures, Exod. 29. verſ. 14. *& cum affix.* תִּשְׂרְפֶנּוּ, Levit. 13. vv. 55. 57., combures illud: יִשְׂרֹף comburet, Num. 19. v. 5., וַיִּשְׂרֹף & combuſſit, Exod. 32. v. 20. *& cum affix.* וַיִּשְׂרְפָהּ & combuſſit eam, 1. Reg. 9. verſ. 16., וַיִּשְׂרְפֵם & combuſſit ea, 2. Reg. 23. v. 4. *Plural.* נִשְׂרֹף ſuccendemus, comburemus, Jud. 12. v. 1. *& cum* ה *paragog.* וְנִשְׂרְפָה uramus, coquamus, Gen. 11. v. 3., תִּשְׂרֹפוּ, *ita propter pauſam*, Exod. 12. v. 10., *& cum* Nun *paragog.* תִּשְׂרְפוּן, Deut. 7. v. 5. *&c.* comburetis, comburatis, יִשְׂרְפוּ, Deut. 12. v. 31., *& in pauſa* יִשְׂרֹפוּ, Ezech. 23. v. 47. comburent, ſuccendent: וַיִּשְׂרְפוּ & combuſſerunt, Joſ. 7. v. 25. *& cum affix.* וַיִּשְׂרְפוּהָ & combuſſerunt eam, 2. Reg. 10. v. 26. *Niph. futur.* יִשָּׂרֵף, Levit. 4. v. 12. *&c. & fœm.* תִּשָּׂרֵף, Levit. 6. v. 23. *&c.* comburetur, comburatur: *Plur.* יִשָּׂרְפוּ, 2. Sam. 23. v. 6., Mich. 1. v. 7. *& fœm.* תִשָּׂרַפְנָה, Prov. 6. v. 27., comburentur. *Puh. præter.* שֹׂרָף, Lev. 10. v. 16., *ubi* Kametz *eſt ob accentum loco* Pathach, exuſtus, combuſtus.

שָׂרָף *m. LXX. Vulg. aliiſque eſt* ſerpens, preſter, *i. e.* ſerpens, ignitus, *&* venenatus *ſumme*, *ut notat Buxtorfius*; draco *alatus*, *&* volans: *Bochar to eſt* hydrus, *qui æſtate fit* cherſy-

drus, *morſu ſuo* adurens, *quidquid attingit* : *Occurrit* Num. 21. v. 9., *&c.* נָחָשׁ שָׂרָף וְעַקְרָב, Deut. 8. v. 15. ſerpens, preſter, & ſcorpio; *Vulg. habet* ſerpens flatu adurens, & ſcorpio; *pro* שָׂרָף, *legebat* שׂרֵף : וְשָׂרָף מְעוֹפֵף, Iſa. 30. v. 6., & preſter, *ſive juxta Vulg.* regulus volans : *Hujuſmodi* preſteres alatos, *ac propterea* volantes *in Æthiopia inveniri*, *referunt multi apud R. Kimchium*, *&* *Matth. Polum in* Synopſi Comment. *in* Num. cap. XXI., *qui quidem* alati ſerpentes *ſpeciem* hydrorum *habuerunt*, *teſte Herodoto* lib. 3. cap. 109. *Plur.* שְׂרָפִים *vide infra in* שָׂרָף : *Cum præfix.* הַנְּחָשִׁים הַשְּׂרָפִים, Num. 21. v. 6. ſerpentes preſteres; *Vulg. reddit* ſerpentes ignitos; *legebat* הַשְּׂרָפִים. Igniti *autem vocantur vel colore* ignis, *quem præſeferebant*; *vel ab effectu*, *quòd ſcil. morſu*, *vel flatu inducerent* calorem intenſiſſimum, *&* adurere *videbantur*. *Hinc LXX. ſunt interpretati* ſerpentes ϑανατοῦντας, *i. e.* morte afficientes. *Vide aliud infra in* שָׂרָף.

שָׂרָף Saraph, *& juxta Vulg. etymologiam nominis exponentem*, Incendens, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 4. v. 22.

שָׂרָף *m. Inde plural.* שְׂרָפִים, *& cum præfix.* הַשְּׂרָפִים, Iſa. 6. vv. 2. 6., Seraphim, *nomen* Angelorum, *qui à* claritate, *& aſpectus* ſplendore, *quaſi* flammantes, *&* ignei *viſi ſunt*, *ita Buxtorfius*.

שְׂרֵפָה *f.* Uſtio, combuſtio, aduſtio, crematio, conflagratio, incendium, coctio, Deut. 29. v. 23., 2. Paral. 16. v. 14. *&c. Cum præfix.* הַשְּׂרֵפָה incendium, Levitic. 10. verſ. 6., לִשְׂרֵפָה ad combuſtionem, *ſive* coctione, *i. e.* (coquamus) optime, Gen. 11. v. 3.; *item* in combuſtionem, Iſa. 9. v. 4., מִשְּׂרֵפָה ex incendio, Amos. 4. verſ. 11. *Conſtr.* שְׂרֵפַת combuſtio, Num. 19. vv. 6. 17., כִּשְׂרֵפַת ſecundum combuſtionem, 2. Paral. 21. v. 19., לִשְׂרֵפַת in combuſtionem, *ſive* exuſtionem, Iſa. 64. 10.

מִשְׂרָפָה *f.* Incendium, uſtio, *&c. ut ſupra* : *Plural.* מִשְׂרְפוֹת incendia, uſtiones, Iſa. 33. v. 12., *ubi Vulg. habet* quaſi de incendio : *Aliud vide poſt hanc dictionem* : *Cum præfix.* וּבְמִשְׂרְפוֹת אֲבוֹתֶיךָ, Jerem. 34. v. 5., combuſtionibus patrum tuorum.

מִשְׂרְפוֹת

מִשְׂרְפוֹת, & מִשְׂרְפֹת, Joſ. 11. v. 8., 13. v. 6. Miſrephoth, *nom. propr. loci ultra Sidonem in finibus Tribus Aſer, ubi erant ſalinæ, ſeu aquæ maris calore ſolis aduſtæ, ex quibus ſal generabatur.*

שָׁרַץ Repſit, reptavit, abundè progenuit, *ſive* produxit: *Præter.* שָׁרַץ אַרְצָם abundè produxit, edidit terra eorum, Pſalm. 105. v. 30., וְשָׁרַץ & abundè producet, *ſive*, *juxta Vulg.* ebulliet, Exod. 7. v. 28. *Plural.* שָׁרְצוּ abundè progenuerunt, *ſive* progenuerant, produxerant, Gen. 1. v. 21., וְשָׁרְצוּ בָאָרֶץ, Gen. 8. v. 17., & abundè progignant in terra; *Vulg. vertit*, & ingredimini ſuper terram: *Partic. maſc.* וּבְכָל־הַשֶּׁרֶץ הַשֹּׁרֵץ & ex omni reptili, quod reptat, Gen. 7. verſ. 21. *ita* Levitic. 11. vv. 29. 41. 42. 43. *Fœm.* הַשֹּׁרֶצֶת quæ reptat, Levit. 11. v. 46. *Imper. plural.* שִׁרְצוּ abundè progignite, *ſive* producite, & *juxta Vulg.* ingredimini, Gen. 9. v. 7. *Futur.* יִשְׁרֹץ repit, & *juxta Vulgat.* ſerpit, Ezech. 47. v. 9. *Plur.* יִשְׁרְצוּ abundè producant, Gen. 1. verſ. 20., וַיִּשְׁרְצוּ & abundè progenuerunt, *more ſcil.* reptilium.

שֶׁרֶץ *m.* Reptile; & *collectivè* reptilia *animantia*: *Complectitur autem terreſtria, aquatilia, amphibia, natatilia, & volatilia, ita Buxtorfius*: *Occurrit* Gen. 1. v. 20., Levit. 5. v. 2. &c. *Cum. præfix.* הַשֶּׁרֶץ, Gen. 7. verſ. 21. &c., reptile: בַּשֶּׁרֶץ in reptili, *ſive* reptilibus, Levit. 11. v. 29.

שָׁרַק Sibilavit, ſibilando advocavit, *quo in ſenſu vel abſolute, vel cum articulo dativi caſus, ſcil. cum* ל *conſtructum legitur*: *Item in malam partem acceptum, latinè ſonat* exſibilavit, irriſit, & *tunc conſtruitur cum particula* עַל: *Aliud cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro, ſcil.* שָׂרַק *vide infra poſt hanc radicem. Præter.* וְשָׁרַק לוֹ, Iſa. 5. v. 26. & ſibilavit ei, *i. e.* ſibilans advocavit eum, *ita Buxtorfius*: *Sed Vulg.* & *alii vertunt*, & ſibilavit ad eum: *Item in pauſa*, וְשָׁרָק & ſibilabit, 1. Reg. 9. v. 8. *Plur.* שָׁרְקוּ ſibilaverunt, Thren. 2. vv. 15. 16., exſibilaverunt, Ezech. 27. v. 36. *Futur. cum* ה *paragog.* אֶשְׁרְקָה לָהֶם, Zach. 10. v. 8., ſibilabo eis: יִשְׁרֹק ſibilabit, Iſa. 7. v. 18., וְיִשְׁרֹק עָלָיו, Job. 27. v. 23. & exſibilavit, *ſive* ſibilavit ſuper eum.

שׁוֹרֵק

שׂוֹרֵק Scorék, & *juxta Vulgat.* Sorec, *juxta quoſdam eſt nom. propr. torrentis in Tribu Dan, in terra Philiſtinorum*, Jud. 16. verſ. 4.

שְׁרֵקָה *f.* Sibilus, exſibilatio, Jerem. 51. v. 37. *Cum præfix.* לִשְׁרֵקָה in ſibilum, Jerem. 25. v. 18. *&c. Plur.* שְׁרִקוֹת ſibili, Jud. 5. v. 16. & *alia forma* שְׁרוּקוֹת, Jerem. 18. v. 16., *ubi Maſſorethæ monent legendum* שְׁרִיקוֹת, (in) ſibilos.

שְׁרוּקֹת *f. plur. Vide mox ſupra in* שְׁרֵקָה.

מַשְׁרוֹקִית *fœm. Chald.* fiſtula, *à ſono* ſibili *ſic dicta* : *In ſtatu emphat. ita* מַשְׁרוֹקִיתָא, Dan. 3. vv. 5. 7. 10. 15.

שׂרק *Radix inuſitata* : *Significare tamen propriè genus quoddam* coloris, *Interpretes facilè conſentiunt*, & *ex ipſis Scripturæ locis, in quibus hujuſce vocis eſt uſus, patet. Sed in eodem* colore *definiendo magna controverſia; quon & Kimchius, & Rabbi Selomo ingenuè faſſi ſunt, ſe neſcire, quiſnam ſit* color *per τὸ* שָׂרֹק *deſignatus. Bochartus in* Hieroz. P. I. Lib. II. cap. VII. *multis ſuadere conatur, eſſe* colorem gilvum, *flavo proximum, ſed dilutiorem* : *Aliis, & maxime Joa. Simoni eſt* color cæſius, cœruleus, glaucus; *ſunt etiam, quibus τὸ* שָׂרֹק *eſt* color varius. *Inde ſunt, quæ ſequuntur.*

שׂוֹרֵק *m.* Jerem. 2. v. 21. vitis generoſa, *ſive* ſelecta, optimi generis, & *hic communis eſt de voce* שׂוֹרֵק *Doctorum ſenſus. Dicta autem fuit* שׂוֹרֵק *à* colore; *quia ſcilic. producit* uvas gilvi, *ut vult Bochartus, vel* varii coloris, *ut alii contendunt. Dari hujuſmodi* uvas varii coloris *inſignes, quæ ſcil.* inter purpureas, nigraſque *ſunt mediæ*, varianæ *propterea appellatæ, in quibus* nulla vinacea, *quarum* acini *nihil intus* ligni *habent, teſtes ſunt Plinius* lib. 14. cap. 2. & lib. 17. cap. 21. *item Columella* lib. 3. cap. 9. & lib. 4. cap. 2. *Atque hujus vitis genus præſtantiſſimum eſſe, ſcripſit etiam Aben Giath apud Kimchium in* Lexico. *Occurrit quoque hæc ipſa dictio abſque* Vau, *ita* וַיִּטָּעֵהוּ שֹׂרֵק, Iſa. 5. v. 2., & plantavit, *vel* conſevit eam (vineam) vitibus optimi generis, *ſive* plantis vitis optimæ : *Vulg.* & plantavit eam electam. *Fœm.* וְלַשֹּׂרֵקָה, Gen. 49. v. 11. *LXX. ſunt interpretati* καὶ τῇ ἕλικι & ad capreolum vitis; *Alii reddunt*, ad ſelectam vitem.

שָׂרֹק *m.* Color gilvus, *vel* cæſius, cæruleus, & *juxta multos*

varis :

varius : *Plural.* שְׂרֻקִּים , Zach. 1. verſ. 8., *LXX. hic habent* (equi) ποικίλοι, *i. e. ut exponit Vulg.* varii , *& eodem recidunt Syra , & Arabica verſio , quomodo reddunt etiam multi alii veteres . In* equis *certè* varius color *maximè placet . At Bochartus exiſtimat , deſignatos ibidem* equos gilvos : *Joa. Simon interpretatur* equos glaucos , *ſive* cæſios , *quos , inquit ille ,* præſtantiſſimos *eſſe , judicat Scaliger ad Ariſtotelis* Lib. II. *de* Hiſtor. animal. Apoteleſm. 130. κυανοχαίτας *eos vocat Homerus* Iliad. XX. 224. κυανότριχας *Orpheus in* Argonaut . *Cum affix.* שְׂרוּקֶּיהָ , Iſa. 16. v. 8. ſelectæ vites ejus , *ſive juxta Vulg.* flagella , *i. e.* palmites , ſurculi ejus .

שְׂרִיקוֹת *plur. f.* Iſa. 19. v. 9. ſerica præſtantiſſima , *ſive* multicoloria ; *ita Buxtorfius : At prior ejuſdem auctoris expoſitio cæteris ferè omnibus minime probatur . Nam in laudato* Iſa. *loco fit mentio* textorum , *quæ inſervirent* piſcatoribus , *fit quoque mentio de* opificiis *Ægypti . Sericum autem non fuit propriè inter* mercimonia , *vel* opificia *Ægypti , ut notat Vitringa in* Iſa. Comment. *Nec altera , multis ſaltem , probatur ; ſcil.* multicoloria : *quia , inquit Bochartus in* Hieroz. *in* Iſai. *agitur de* crudo lino , *quali utuntur piſcatores ad texturam retium ; ergo* שריקות *non poſſunt eſſe* lina varii coloris . *Hinc alii putant , vocem* שריקות *rectius duci à themate* סרק , *quod Chald. , Syriace ſignificat* , pectere , pectinare ; *Unde* lina שריקות *ſunt* tenuiſſima , bene pexa , pectinata , carminata : *LXX. ſunt interpretati* , (τὸ λίνον) τὸ σχιςὸν (linum) fiſſile : *Symmachus habet* κτενιςὸν pectinatum ; *Vulg.* pectentes . *Bocharti ſententia conſtat ex dictis : Hoc enim etiam in loco* τὸ שריקות , *omnino de* lino *intelligens , vult eſſe nomen* coloris gilvi , *ſive* flavi , *vel* ſubflavi , *qui in* lino *laudatur .*

* מִשְׂרוֹקִיתָא *Vide ſupra in* מַשְׁרוֹקִית *pag.* 1668.

שרר *Radix Hebræis inuſitata : Syr. autem , & Chald. ſonat* firmus , ſtabilis fuit , *vel* factus eſt : *Arab. ſignificat ,* malum eſſe , malum facere , adverſari . *Hinc , uti quibuſdam videtur , eſt Particip. Hebr. plur. cum affix.* שׁוֹרְרַי , *& alia , quæ vide ſupra poſt* שׁוּר *inter nomina pag.* 1592. *Sed* שָׂרַר , *cum puncto videl. ſupra* ש *à latere ſiniſtro , vide infra in ſua radice* שָׂרַר . *Extat in Pih. præter. plur.* שֵׂרְרוּ ; *item* Partic.

Partic. מְשׁוֹרֵר, *& plural. m.* מְשֹׁרְרִים; *item fœm.* מְשֹׁרְרוֹת; *ſed hæc ſpectant ad* שׁוּר, *ubi vide pag.* 1589. *Vide etiam, quæ mox ſequuntur.*

שֹׁרֶר *m.* Umbilicus, *ſic dictus, inquit Ioa. Simon, quòd eo mediante infans veluti* catenula *quadam ad placentam uterinam* firmetur : *Cum affix.* שָׁרְרֵךְ, Cantic. 7. verſ 3., *& defective* שָׁרֵּךְ, Ezech. 16. v. 4. umbilicus tuus : *Et in pauſa* לְשָׁרֶּךָ umbilico tuo, Prov. 3. v. 8.

שָׁרָר Scarar, *nom. propr. viri*, 2. Sam. 23. v. 33.

שְׁרִיר *m. Inde plur. conſtr.* בִּשְׁרִירֵי בִטְנוֹ, Job. 40. v. 16., *ubi pluralis pro ſingulari*, in umbilico ventris ejus. *Quidam vero cum Ioa. Simone putant, per τὸ* שְׁרִירֵי *intelligendos* nervos, *ſic dictos à* firmitate, *quam corpori præſtant.*

שְׁרִרוּת, *&* שְׁרִירוּת *Vide ſupra poſt* שׁוּר *pag.* 1592.

שֹׁר *m. Inde cum affix.* שָׁרֵּךְ, *&c. vide ſupra in* שֹׁרֶר.

שָׂרַר Principatum tenuit. *Convenit cum* שׂוּר, שָׂרָה : *Partic.* שֹׂרֵר principatum tenens, Eſth. 1. verſ. 22. *Hithp. Infinit. cum Futur.* כִּי־תִשְׂתָּרֵר עָלֵינוּ גַּם־הִשְׂתָּרֵר, Numer. 16. v. 13., dum dominaris ſuper nos, *ſive* principatum ſumis tibi in nos, etiam principem te faciendo, *ſive* principatum tibi ſumendo; *Vulg. vertit*, niſi & dominatus fueris noſtri.

שַׂר *m.* Princeps, *&c. vide ſupra poſt* שׂוּר *pag.* 1593.

שָׁרַשׁ Radicavit, radices egit : *Item cum* מִן *conſtructum contrariam habet ſignificationem, ſcilicet* eradicavit. *Pih.* שֵׁרֵשׁ, *& in forma Pobel* שֹׁרֵשׁ radicavit, radices egit, radicatus eſt : *Præter.* בַּל־שֹׁרֵשׁ, Iſa. 40. v. 24. neque radicatur, *ſive* neque radicavit, radices egit : *Multis tamen videtur eſſe Partic. Benoni in Kal; unde cum Vulgat. vertunt*, neque radicatus : *Cum affix.* וְשֵׁרֶשְׁךָ מֵאֶרֶץ, Pſal. 52. v. 7., & eradicabit te de terra; *Vulg. vertit* & emigrabit ..... radicem tuam de terra : *Plural.* שֹׁרְשׁוּ radices egerunt, Jerem. 12. v. 2. *Futur.* וּבְכָל־תְּבוּאָתִי תְשָׁרֵשׁ, Job. 31. v. 12. & in omnem proventum meum eradicaſſet; *Vulg. vertit*, & omnia eradicans genimina. *Pyh. futur. plural.* וְצֶאֱצָאַי יְשֹׁרָשׁוּ, Job. 31. v. 8., & germina, *ſive* propagines meæ eradicentur; *Vulg. habet*, & progenies mea eradicetur. *Hiph. partic.* רָאִיתִי אֱוִיל מַשְׁרִישׁ vidi ſtultum radices agentem,

tem, & *juxta Vulgat.* firma radice, Job. 5. verſ. 3. *Futur.* וַתַּשְׁרֵשׁ & radicare feciſti, *ſive juxta Vulg.* plantaſti, Pſal. 80. v. 10., הַבָּאִים יַשְׁרֵשׁ יַעֲקֹב, Iſa. 27. v. 6. *variè redditur: Sunt, qui arbitrantur, in initio haberi* ellipſim *vocis* ימים *ſicuti* ellipſis *habetur vocis* באים *apud* Jerem. 31. verſ. 38. *Hinc vertunt*, venturis diebus radicabit, *ſive* radices aget Jacob; *At alii reddunt*, venientes radicari faciet, *ſive* radicabit Jacob: *Vulg. habet*, qui ingrediuntur impetu ad Jacob; *ſenſus quoad ſubſtantiam integer. Nam* qui impetu ingrediuntur, radices *certe* agunt, radicantur, *niſi obex adſit, quem non futurum ibidem prædicit* Iſa.

שָׁרֶשׁ Scareſc, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 7. v. 16.

שֹׁרֶשׁ *m.* Radix., *propr. arboris, vel herbæ: Sed metaphorice etiam ad fundamenta, & res alias imas, ut & in aliis linguis, transfertur. Quidam nomen hoc derivant à radice* שָׁרַר firmum fuit, *&c. de quo ſupra; quodque, geminatis radicalibus, ſignificat* catenam, continuis ligaturis firmiter cohærentibus conſtantem; *ita ut* radix *dicta videatur* שֹׁרֶשׁ *quaſi* firmat o arboris multiplex, *ſive* in diverſas extremitates exiens: *Hinc etiam fere omnes ex hoc nomine* שֹׁרֶשׁ *efformatum volunt verbum* שָׁרַשׁ. *Occurrit* Deuter. 29. v. 17., 2. Reg. 19. v. 30. *&c. Cum præfix.* וְכַשֹּׁרֶשׁ & ſicut radix, Iſa. 53. v. 2., מִשֹּׁרֶשׁ à radice, Job. 28. v. 9. *Cum affix.* שָׁרְשִׁי radix mea, Job. 29. v. 19., שָׁרְשֵׁךְ radix tua, Iſa. 14. v. 30., שָׁרְשׁוֹ, Job. 14. v. 8. radix ejus; שָׁרְשָׁם, Jud. 5. v. 14. radix eorum: *At LXX. ſunt interpretati*, ἐξεῤῥίζωσεν αὐτοὺς, *i. e.* delevit eos; *legabant* שֵׁרְשָׁם *in Pihel: Plur. conſtr.* עַל־שָׁרְשֵׁי רַגְלַי, Job. 13. verſ. 27., ſuper radices, *ſive* in radicibus pedum meorum, *id eſt* circa infima crura mea, *ſive* ad radices pedum, *i. e.* pedes ipſi, *qui in* digitos, *quaſi* radicis *partes, diffunduntur; Vulgat. vertit* veſtigia pedum meorum: וְשָׁרְשֵׁי הַיָּם, Job. 36. verſ. 30. & radices, *id eſt* infima maris; *Vulgat. habet* cardines quoque maris: *Cum affix.* שָׁרָשָׁיו radices ejus, Job. 8. verſ. 17., שָׁרָשֶׁיהָ radices ejus, Pſal. 80. v. 10., מִשָּׁרָשֶׁיהָ è radicibus ſuis, Ezech. 17. v. 9. *Fœm. plur.* שַׁרְשֹׁת catenæ, *ſed hoc ipſum vide infra in* שַׁרְשְׁרָה.

שֹׁרֶשׁ

שֹׁרֶשׁ *maſc. Chald.* radix ; *item* eradicatio : *Cum præfix.* לְשֹׁרְשׁוֹ *vide infra in* שְׁרֹשִׁית : *Plur. cum affix.* עִקַּר שָׁרְשׁוֹהִי, Dan. 4. v. 12. ſtirps, *& juxta Vulg.* germen radicum ejus.

שַׁרְשְׁרָה *f.* Catena, continuis ligaturis firmiter cohærentibus conſtans, *ut notat Joa. Simon; qui propterea dictionem hanc à* שָׁרַר, *geminatis radicalibus, derivandam putat. At Aben Eſra thema vult eſſe* שֹׁרֶשׁ, *&* ר *geminatum. Ratio eſt, ſcribit R. Salomon, quòd, ut radix ligat arborem, ut* firmiter *in terra* ſubſiſtat, *ſic* catena *rem quamlibet, quam* firmiter hærere, *&* ſubſiſtere *volumus, ligat. Talmudici dicunt* שַׁלְשֶׁלֶת, *per commutationem utriuſque* ר *in* ל, *ut aliæ hæ literæ commutantur : Hactenus Buxtorfius. Occurrit in plur.* שַׁרְשְׁרֹת, Exod. 28. verſ. 14., 39. v. 15., 2. Paral. 3. v. 5., *&* שַׁרְשְׁרוֹת, 1. Reg. 7. v. 17., 2. Paral. 3. v. 16. *& abſque altero poſteriore* Reſc, שַׁרְשֹׁת, Exod. 28. v. 22. catenæ, catenulæ : *Cum præfix.* בַּשַּׁרְשְׁרוֹת catenis, catenulis, 2. Paral. 3. v. 16.

שְׁרֹשִׁית *f. Chald.* eradicatio, *juxta quoſdam : Inde cum præfix. per apocopam Chaldæis uſitatiſſimam,* הֵן לִשְׁרֹשׁוּ, Eſdr. 7. v. 26., *ubi ſcribitur quidem cum* Vau *in fine, ſed juxta Maſſorethas legendum per* Jod, *pro* לִשְׁרֹשִׁית ; *Buxtorfius autem, & alii vertunt,* ſive ad eradicationem, *i. e.* expulſionem in exſilium ; *Aben Eſra habet* ad eradicationem ex hoc mundo : *LXX. ſunt interpretati,* ἐάν τε εἰς παιδείαν, *i. e.* ſive in caſtigationem ; *Vulg.* ſive in exilium.

שרת *in Kal inuſit. Inde Pih.* שֵׁרֵת miniſtravit : *Conſtruitur* - ־ *cum accuſativo* : *Alio in ſenſu, ſed cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro, vide infra : Præter.* וְשֵׁרֵת אֶת־אֶחָיו & miniſtrabit fratribus ſuis, Num. 8. v. 26. *Plur.* וְשֵׁרְתוּ אֹתוֹ & miniſtrabunt, *ſive* ut miniſtrent illi, Numer. 3. v. 6. *Partic. m.* מְשָׁרֵת miniſtrans, *& ſubſtantivè* miniſter, Num. 11. v. 28. *&c. Item fœm. contractum* מְשָׁרַת, *cujus integrum eſſet* מְשָׁרֶתֶת, 1. Reg. 1. v. 15., miniſtrans erat, miniſtrabat : *Cum affix.* מְשָׁרְתוֹ miniſter ejus, Exod. 24. verſ. 13. *Plural.* מְשָׁרְתִים, 1. Paral. 6. v. 17. *item abſque* Jod *in fine pluralis ſigno,* מְשָׁרְתִם, Ezech. 44. v. 19. *in codicibus tamen maximè probatis legitur ibidem etiam cum* Jod ; *item cum præfix.* הַמְשָׁרְתִים, 1. Paral. 27. v. 1. *& conſtr.* מְשָׁרְתֵי, Iſa. 61.

61. verſ. 6., miniſtrantes, miniſtri : *Cum affix. in pauſa*, מְשָׁרְתָי miniſtri mei, Jerem. 33. v. 21., מְשָׁרְתָיו miniſtri ejus, *vel* ſui, 1. Reg. 10. verſ. 5. *&c. Infinit. cum præfix.* לְשָׁרֵת, Exod. 28. v. 35., *&* לְשָׁרֵת, Deuter. 17. v. 12. ad miniſtrandum : *Et cum affix.* לְשָׁרְתֵנִי ad miniſtrandum, *ſive* ut miniſtrent, *id eſt* offerant mihi, Ezech. 43. verſ. 19., לְשָׁרְתוֹ ad miniſtrandum, *ſive* ut miniſtraret ei, Deut. 10. verſ. 8. בְּשָׁרְתָם in miniſtrare eos, *i. e.* quando miniſtrant ipſi, Ezech. 44. v. 17., לְשָׁרְתָם ad miniſtrandum, *ſive* ut miniſtrent eis, Ezech. 44. v. 11. *Futur.* וַיְשָׁרֵת & miniſtrabat, Exod. 39. v. 4. *item cum affix.* יְשָׁרְתֵנִי miniſtrabit, *ſive* miniſtrabat mihi, Pſal. 101. v. 6., וַיְשָׁרְתֵהוּ & miniſtrabat ei, 1. Reg. 19. v. 21. *Fœm.* וַתְּשָׁרְתֵהוּ & miniſtrabat ei, 1. Reg. 1. v. 4. *Plural.* יְשָׁרְתוּ miniſtrabunt, miniſtrant, Num. 3. v. 31. *& cum affix.* וִישָׁרְתוּךָ & miniſtrabunt tibi; *item cum* Nun *paragog. ante affix.* יְשָׁרְתוּנֶךָ miniſtrabunt tibi, Iſa. 60. vv. 7. 10., יְשָׁרְתֻהוּ miniſtrabunt ei, Num. 1. verſ. 50.

שָׁרֵת *m.* Miniſterium, 2. Paral. 24. verſ. 14. *& cum præfix.* הַשָּׁרֵת (*vaſa*) miniſterii, Num. 4. v. 12.

שֵׁרִית *pro* שְׁאֵרִית *Vide ſupra poſt* שאר *inter nomina pag.* 1512.

שרת *Radix inuſitata : Ut autem notat Joa. Simon, notionem frigendi habuiſſe, colligitur ex nomine derivato, quod ſequitur, videl.*

מַשְׂרֵת *m.* Sartago : *Cum præfix.* הַמַּשְׂרֵת, 2. Sam. 13. verſ. 9. ſartago, *ita LXX. & recentiores ; Vulgat. autem paraphraſi uſus vertit*, quod coxerat.

שֵׁשׁ *m.* Marmor : *Item* byſſus, *ſpecies* lini *præſtantiſſimi, & ſubtiliſſimi, Ægyptiaci, quod* candidiſſimum *eſt, nec unquam coloratum, ut ſcribit Aben Eſra : Sed hæc vide ſupra poſt* שוש. *pag.* 1595. *Aliud etiam* שֵׁשׁ *vide infra poſt* שָׁשָׁה.

ששא *Radix inuſitata. Inde, uti quibuſdam videtur, eſt Pihel* שִׁשֵּׁא ſextavit : *ex quo cum affix.* שִׁשֵּׁאתִיךָ ; *ſed alii hoc ipſum referunt ad radicem* שִׁשָּׁה, *ubi vide.*

שַׁוְשָׁא Scavſcá, *& juxta Vulgat.* Suſa, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 18. v. 16.

Digitized by Google

שִׁישָׁא Sciſcá, *&* *juxta Vulg.* Siſa, *nom. propr. viri*, 1. Reg. 4. verſ. 3.

שֵׁשְׁבַּצַּר Sceſcebatzar, *&* *juxta Vulg.* Saiſabasár, *nom. principis in Tribu Juda*, Eſdr. 1. v. 11.

שִׁשָּׁה *Radix in Kal inuſitata: Inde Pihel* שִׁשָּׁה eduxit, in partes diviſit, ſextavit, ſextam partem cepit, *vel* reliquit, *ſive* obtulit. *Sunt qui verbum hoc efformatum volunt à* שֵׁשׁ, *latinè* ſex, *de quo infra. Præter. cum* א *loco* ה *tertiæ radicalis, & affix.* וְשִׁשֵּׁאתִיךָ, Ezech. 38. v. 2., & ſextabo te, *i. e. hamo, ut* cap. 38. v. 4. *dixit, unco, vel harpagone* ſextuplici, *hoc eſt* ſex *uncis digitis ferreis conſtante, extraham te ex extremis Aquilonis partibus. Triplici harpagone ſolent res, in puteos, aut profundas aquas delapſæ, inveſtigari, & extrahi: Hic* ſextuplicem *nominat, ut tantò certius hoſtem comprehendat, & firmius retineat. Unde etiam ad damnatos, aut reos adhibitos fuiſſe, conſtat; unde illud Juvenalis* Sat. 10. v. 7. impacto Sejanus dicitur unco. *Et Cicero* 1. Philippic. uncus impactus eſt fugitivo illi. *Parens R. D. Kimchi vertit* ſextuplici pœna afficiam te, *juxta* ſex *pœnas, quæ recenſentur* cap. 38. v. 22. *Kimchi habet*, ſextam, *i. e.* minimam partem relinquam ex te: *Hactenus Buxtorfius. Sed LXX. ſunt interpretati* καὶ καθοδηγήσω σε, *id eſt* & in viam deducam te; *forte illi legebant* וְנִשֵּׂאתִיךָ; *Vulgatus vertit*, & educam te: *Plural.* וְשִׁשִּׁיתֶם הָאֵיפָה, Ezech. 45. v. 13. & ſextabitis, *i. e.* ſextam partem offeretis ephæ; *LXX. & Vulg. verterunt* ſextam partem ephi; *legebant* וְשִׁשִּׁית.

שִׁשָּׁה, *&* שֵׁשֶׁת *fœm.* Sex; *item* ſextus, *vide mox infra in* שֵׁשׁ.

שֵׁשׁ *m.* Sex, *numerus ſcil. cardinalis*, Gen. 7. vv. 6. 11. *&c. item* ſextus, Gen. 8. v. 13. *&c. Cum præfix.* בְּשֵׁשׁ מֵאוֹת ſex centis, 1. Reg. 10. v. 29., כְּשֵׁשׁ־מֵאוֹת quaſi ſex centa, Exod. 12. v. 37., שִׁשִּׁי ſextus, *vide infra ſuo loco: Fœm. ſaltem terminatione* שִׁשָּׁה ſex, Gen. 30. v. 10., Exod. 25. verſ. 32. *&c. item* ſextus, *ut* שִׁשָּׁה עָשָׂר ſexta decima, 1. Paral. 24. v. 14. *Cum præfix.* הַשִּׁשָּׁה ſex, Exod. 28. v. 10. לְשִׁשָּׁה עָשָׂר in ſex decem, *& juxta Vulgat.* ſextadecima (ſors), 1. Paral. 25. v. 23. *Item alia forma*, שֵׁשֶׁת ſex,

Exod.

Digitized by Google

Exod. 16. v. 26., לְשֵׁשֶׁת ſex, Exod. 25. v. 33. *Plur.* שִׁשִּׁים ſexaginta, Gen. 25. v. 26., וּבְשִׁשִּׁים & cum ſexaginta, 2. Paral. 12. v. 3.

שִׁשִּׁי *m.* Sextus, *numerus ſcil. ordinalis*, Gen. 30. v. 19. *Cum præfix.* הַשִּׁשִּׁי ſextus, Geneſ. 1. verſ. 31., בַּשִּׁשִּׁי in ſexto, Ezech. 8. v. 1.

שֵׁשַׁי Sceſcai, *nom. propr. viri*, Num. 13. v. 22., Joſ. 15. v. 14., Jud. 1. v. 10.

שִׁשִּׁית *f.* Sexta; *& ſubſtantivè, per ellipſin nominis* חֲלָקָה, ſexta pars, *ita* Ezech. 4. v. 11., 45. v. 13., 46. v. 14. *Cum præfix.* הַשִּׁשִּׁית ſexta, ſextum, Exod. 26. v. 9., בַּשָּׁנָה הַשִּׁשִּׁית anno ſexto, Levit. 25. v. 21., Ezech. 8. v. 1.

שֵׁשַׁךְ Sceſcach, *nom. propr.*, Jerem. 25. v. 26., 51. v. 41.

* שֵׁשְׁמַּם *Dictio compoſita, quam vide ſupra in nom.* שַׁמָּם *pag.* 1689.

שָׁשָׁן *Radix inuſitata: Inde* שֵׁשָׁן Sceſcán, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 2. v. 31. *Inde etiam in pauſa* שׁוּשָׁן, 1. Reg. 7. vv. 22. 26. *& conſtr.* שׁוּשַׁן, 1. Reg. 7. v. 19. lilium, *ſic dictum à* שֵׁשׁ ſex, *quòd* ſex *conſtet* foliis, *ſive* habeat folia; *vel à* שֵׁשׁ byſſus: *nam* roſa, *ſeu* lilium *eſt* candidiſſimum *inſtar* byſſi. *Item* שׁוּשַׁן *eſt nomen propr. Metropolis Perſici regni, à Vulg. dicta* Suſa, Dan. 8. verſ. 2. *Item eſt nomen inſtrumenti muſici dicti* שׁוּשַׁן *à forma* lilii, cymbalum *fortaſſis, cujus figura, inquit Joa. Simon, quam bene cum* lilio convallium *conveniat, oſtendit Lampius in* Pſal. 45. Exercitat. I. *Buxtorfio eſt* hexachordum, *inſtrumentum ſcil.* ſex cordarum: *ita occurrit* Pſal. 60. v. 1. עַל־שׁוּשַׁן ſuper, *ſive* ad hexachordum, *ita non pauci cum Buxtorfio reddunt; Pagninus vertit* ſuper Suſan; *LXX. & Vulgat. habent* pro his, qui immutabuntur; *legerunt* שֹׁשָׁן *à* שָׁנָה mutari, variari; *atque videntur reſpexiſse ad morem alternis canendi. Vide quæ ſequuntur.*

שׁוּשַׁן *m.* Lilium, 1. Reg. 7. vv. 22. 26. *Plur.* שׁוֹשַׁנִּים lilia, Cant. 5. v. 13., 6. v. 2., *Item* hexachorda, *inſtrumenta ſcil. muſica* ſex chordarum, *ut quidam opinantur, ita* Pſal. 45. v. 2., 69. v. 1., 80. v. 1., עַל־שֹׁשַׁנִּים ad hexachorda; *ſed à Symmacho* pro floribus; *ab Aquila* ſuper liliis; *à Theodotione* canticum dilectis *redditur: LXX. vero, & Vulgat. ſunt interpretati*, pro his, qui commutabuntur; *qua de cauſa*

ita reddiderint, *vide ſupra in* שׁוּשַׁן. *Cum præfix.* בַּשּׁוֹשַׁנִּים in liliis, *ſive* inter lilia, Cant. 2. v. 16.

שׁוֹשַׁנָּה *f.* Lilium, 2. Paral. 4. verſ. 5. *Cum præfix.* כַּשּׁוֹשַׁנָּה, Cant. 2. v. 2. *&* כַּשּׁוֹשַׁנָּה, Hoſe. 14. verſ. 6. ſicut lilium, *Conſtr.* שׁוֹשַׁנַּת lilium, Cant. 2. v. 1.

שָׁשׁוֹן *Vide ſupra poſt* שׂוּשׂ *pag.* 1596.

שׁוּשַׁנְכָיֵא Scuſcanchajé, *&* *juxta Vulg.* Suſanechæi, *nom. gentile urbis* שׁוּשַׁן *incolarum*, Eſdr. 4. v. 9.

שֵׁשַׁק Scaſcak, *&* *juxta Vulgat.* Seſác, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 8. v. 14.

שִׁישַׁק Sciſcak, *&* *juxta Vulgat.* Seſac, *nom. propr. cujuſdam regis Ægypti*, 1. Reg. 14. v. 25., 2. Paral. 12. v. 2.

שָׁשַׁר *m.* Sinopis color, *qui* rubrica *dicitur*; *quæ primò apud* Sinopem, *vel* Sinopidem, *nobilem urbem Ponti*, *inventa eſt*. *In Cappadocia naſcitur*, *eaque* Sinopica rubrica *dicitur omnium optima*: Rubrica *vero eſt terra* rubei coloris, *&* minio *proxima*: Minium *autem ſimiliter dicitur* rubrica; *foditur ex gleba* ſubruſo colore, *&* *vitiatur admixta calce*. *Rab. David inquit*, *eſſe ſpeciem* coloris, *qui dicitur* minium: *Hactenus Robertſon*: *A Buxtorfio redditur* indicum, indicus color. *Occurrit cum præfix.* בַּשָּׁשַׁר, Jerem. 22. verſ. 14., Ezech. 23. v. 14. indico colore, minio, *ſive* ſinopide.

שֵׁת *m.* Nates; *ſed hoc vide ſupra poſt* שׁוּת *pag.* 1599. *Aliud vide infra ſub radice* שָׁתָה: *Vide etiam*, *quod mox ſequitur*, *videl.*

שֵׁת *m. Chald.*, *quod eſt ab Hebr.* שֵׁשׁ, ſextus, Eſdr. 6. v. 15. *Item* שֵׁת ſex, Dan. 3. v. 1. *Plur.* שִׁתִּין ſexaginta, Dan. 3. v. 1., 6. v. 1., Eſdr. 6. v. 3.

* מִשְׁתְּיָא *Chald. vide infra in* מִשְׁתָּה *Chald. pag.* 1779.

* מִשְׁתְּאָה *Vide ſupra in Hiph. verbi* שָׁאָה *pag.* 1496.

שָׁתָה Bibit, ebibit, combibit, compotavit; *&* *hinc per ſynecdochen* convivatus eſt; *Nam in* conviviis largiter bibi *ſolet*. *Aliud* שָׁתָה *vide ſupra in* שׁוּת, *&* *inter nomina*, *quæ ab illo dimanant*, *pag.* 1596. *&c.* *Præter.* וּמַיִם לֹא שָׁתָה & aquam non bibit: *Fœm.* שָׁתִית bibiſti, Iſa. 51. v. 17., וְשָׁתִית & bibes, Ruth 2. v. 9., שָׁתִיתִי bibi, Deut. 9. v. 9. *item* (&) bibam, Deut. 2. v. 28. *Plur.* שָׁתוּ biberunt,

berunt, Jerem. 35. v. 14., 51. v. 7., וְשָׁתוּ & bibent, Jerem. 25. v. 16., Amos. 9. v. 14., Abd. 1. v. 16., Zach. 9. v. 15. *Alia vide ſupra in* שׁוּת *pag.* 1597., שְׁתִיתֶם bibiſtis, Abd. 1. v. 16., וּשְׁתִיתֶם & bibetis, Deut. 2. v. 6., שָׁתִינוּ bibimus, Thren. 5. v. 4. *Partic.* שֹׁתֶה bibens, 1. Reg. 16. v. 9., *&* שֹׁתָה רוּחִי, Job. 6. v. 4., ebibit ſpiritum meum: *Plur.* שׁוֹתִים, 1. Paral. 12. v. 39. *item abſque* Vau, שֹׁתִים, 1. Sam. 30. v. 16. *& cum præfix.* הַשֹּׁתִים, Amos. 6. v. 6., Zach. 7. v. 6. *& conſtr.* שׁוֹתֵי, Pſalm. 69. v. 13., *&* שֹׁתֵי, Ezech. 31 verſ. 14., bibentes, qui bibebant: *Cum affix.* לְשֹׁתָיו bibentibus ea, Iſa. 24. verſ. 9. *Infinit.* וְאַחֲרֵי שָׁתֹה, & poſtquam biberat, 1. Sam. 1. verſ. 9., שָׁתֹה, Iſai. 21. verſ. 5., Jerem. 49. v. 12. bibendo; *Vulgat. vertit*, bibentes: *Item abſque* ה, שָׁתוֹ bibendo, Jerem. 25. v. 28., 49. v. 12. *Sed idem apud* Aggæum c. 1. v. 6. *à multis cum Vulg. redditur*, bibiſtis, *per indicativum ſcil. ſecundæ perſonæ plur. numeri, propter primum verbum* זְרַעְתֶּם: *Alii autem impersonaliter ſumendum arbitrati vertunt*, bibitur: וְשָׁתוֹ & bibendum, Exod. 32. verſ. 6., & bibendo, *ſive juxta Vulg.* bibamus, Iſa. 22. v. 13. *& conſtr.* אַל לַמְּלָכִים שְׁתוֹ־יָיִן nè (des) regibus bibere vinum, Prov. 31. v. 4. *Item altera forma* שְׁתוֹת bibere, Iſa. 22. verſ. 13. *Et conſtr.* לְבִלְתִּי שְׁתוֹת־יָיִן ad non bibendum, *& juxta Vulg.* ita ut non biberemus vinum, Jerem. 35. v. 8., *ſed ibidem* v. 14., ut non biberent vinum: *Cum præfix.* לִשְׁתֹּת, Gen. 24. vv. 19. 22., *&* לִשְׁתּוֹת, Jerem. 2. v. 18. ad bibendum: *Sed* יָשְׁבוּ לִשְׁתּוֹת, Eſth. 3. v. 15. *reddendum*, ſedebant ad convivandum, *ſive* ad convivium; *& ita à quibuſdam redditur ibidem* cap. 7. v. 1., *ubi tamen Vulg. aliique vertunt*, ut biberent: *Cum affix.* וְאַחֲרֵי שְׁתוֹתוֹ & poſtquam bibiſſet ipſe, 1. Reg. 13. v. 23., לִשְׁתּוֹתָהּ ut bibas illum, Iſa. 51. v. 22., לִשְׁתּוֹתָם bibere eas, 2. Sam. 23. v. 16. *Imper.* שְׁתֵה bibe, Gen. 24. v. 14. *Plur.* שְׁתוּ bibite, Cant. 5. v. 1. *Futur.* אֶשְׁתֶּה bibam, Gen. 24. v. 14. *&c. Item per apocopam*, וָאֵשְׁתְּ & bibi, Gen. 24. v. 46. *Sed* אֶשְׁתַּחֲוֶה *vide ſupra in* שָׁנָה *Chald. pag.* 1712., אֶשְׁתַּחֲוֶה *vide ſupra in* שׁוּת *pag.* 1597. תִּשְׁתֶּה *m.*, Deut. 11. v. 11., *& contractè* תֵּשְׁתְּ, Levit. 10. v. 9. bibes, bibas; וַתֵּשְׁתְּ & bibiſti, 1. Reg. 13. verſ. 22. *Sed* תֵּשֶׁת, *&*

תֵּשְׁתְּ *vide ſupra in* שׁות *pag.* 1597. *Fœmin.* וְאַל־תֵּשְׁתִּי & nè bibas, Jud. 13. verſ. 4., יִשְׁתֶּה bibet, Gen. 44. v. 5., וַיֵּשְׁתְּ, 1. Reg. 19. v. 8., *item per apocopam*, וַיֵּשְׁתְּ, Gen. 9. v. 21., & bibit: *Fœm.* וַתֵּשְׁתְּ & bibit, *ſive* ut biberet, Num. 20. v. 11. *Plural.* נִשְׁתֶּה bibemus, Exod. 15. verſ. 24., תִּשְׁתּוּ bibetis, bibatis, Eſth. 4. verſ. 16., *&c.*: יִשְׁתּוּ, Deut. 32. v. 38. *&c.* bibent, bibant; *item cum* Nun *paragog. & in pauſa, mutata quoque tertia radicali* ה *in* Jod, בַּל־יִשְׁתָּיוּן nè biberent, Pſalm. 78. verſ. 44. *& cum affix.* יִשְׁתֻּהוּ bibent illud, Iſa. 62. v. 9., תִּשְׁתֶּינָה bibent, bibunt, *ſive* bibebant, Ezech. 34. v. 19. *Niph. futur.* יִשָּׁתֶה bibitur, Levit. 11. verſ. 34. *Sed* נִשְׁתָּוָה *vide ſupra in* שָׁוָה *pag.* 1568.

שְׁתָה *Chald.* bibit: *Partic.* חַמְרָא שָׁתֵה vinum, *ſive* merum bibebat, Dan. 5. v. 1. *Plural.* שָׁתַיִן בְּהוֹן bibentes ex eis, *ſive* in eis, Dan. 5. v. 23. *Futur. plur.* וְיִשְׁתּוֹן בְּהוֹן, ut biberent in eis, *ſive* ex eis, Dan. 5. v. 2. *Aphel* אִשְׁתִּי *vel* אִשְׁתִּי bibit: *Unde præter. plur.* אִשְׁתִּיו biberunt, potarunt, *& juxta Vulg.* bibebant, Dan. 5. v. 4.

שְׁתָה *f. Vide ſupra poſt* שׁות *pag.* 1599. *Sed cum præfix.* מִשְׁתֶּה, *item* שְׁתִי *vide infra ſuis propriis locis*: שָׁתֹה, *&* שָׁתוֹ, שָׁתוּ *&c. vide ſupra in Infin. verbi* שָׁתָה: לִשְׁתּוֹת *vide ſupra in Infinit. verbi* שָׁאָה *pag.* 1496. *Plural.* שָׁתוֹת *vide ſupra poſt* שׁות *pag.* 1599. *Aliud ſub hac forma vide ſupra in Infinit. verbi* שָׁתָה: *Sed cum affix.* שְׁתוֹתֵיהֶם *vide ſupra poſt* שׁות *in nomine* שֵׁת *pag.* 1599.

שְׁתִיָּה *f.* Potus, potio, potatio: *Occurrit cum præfix.* וְהַשְּׁתִיָּה כַדָּת, Eſth. 1. v. 8., & potus, *ſive* potatio ſecundum legem, *ſive* ex jure, *id eſt ſine difficultate, vel moleſtia, ita ſcil. ut nemo* potum *vel urgeret, vel negaret*; *Vulg. ſenſum expreſſit in hæc verba*: Nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendum. *Sed duale* שְׁתַּיִם, *item* שְׁתֵּים, שְׁתֵּי, *&c. vide ſupra in nomine* שְׁנַיִם *pag.* 1714. 1715.

שְׁתִי *m. Eſt*: I. Compotatio, potatio, ingurgitatio: *Cum præfix.* וְלֹא בַשְּׁתִי, Eccl. 10. v. 17. & non in compotatione, *ſive* ingurgitatione; *Vulg. vertit*, & non ad luxuriam: II. Stamen, *filum ſcilicet tendens per longitudinem, ut ſcribit Kimchi in* lib. Rad. *Ideo autem dictum* שְׁתִי, *quòd ſit* poſitio,

ſitio, & fundamentum texturæ, *à* שוּת *ſignificatione petita, etſi ſit ex hac Radice, ut notat Aben Eſra. Nam hæc verborum genera formas ſæpe inter ſe permiſcent : Hactenus Buxtorfius : Alii tamen cum Joa. Simone hunc vocis* שְׁתִי *ſenſum derivandum putant à rad. Chald. & Syr.* שתה, *vel* אשתי texuit ; *Arab.* ſtaminibus poſitis aptavit telam. *Addit autem idem Simon, quod utraque &* bibendi, & texendi *ſignificatio ex* miſcendi *notione generali orta eſſe potuit : quia* potus *plerumque ex* vino aqua mixto *conſtat*; ſtamen *autem* texendo *cum ſubtegmine* miſcetur. *Occurrit cum præfix.* הַשְּׁתִי ſtamen, Lev. 13. vv. 52. 56. 58. 59., בַּשְּׁתִי, Lev. 13. v. 48., & בִּשְׁתִי, Levit. 13. vv. 49. 51. 53. 57. in ſtamine.

מִשְׁתֶּה *m.* Potio, compotatio : *Item metonymicè* potus *ipſe, qui* bibitur : *Et ſynecdochicè* convivium, *ita* Geneſ. 19. verſ. 3. וַיַּעַשׂ לָהֶם מִשְׁתֶּה & fecit illis convivium : אֶל־בֵּית מִשְׁתֶּה ad domum convivii, Eccleſ. 7. verſ. 2., *&c. Cum præfix.* הַמִּשְׁתֶּה convivium, Jud. 14. vv. 12 17., Eſth. 5. vv. 4. 8. *&c. Conſtr.* מִשְׁתֵּה convivium, Eſth. 1. v. 9., 2. v. 18. *&c. Cum præfix.* בְּמִשְׁתֵּה הַיַּיִן in potatione vini, *i. e. ut exponit Vulg.* poſtquam vinum biberat, & poſtquam vino incaluerat, Eſth. 5. verſ. 6., 7. v. 2., כְּמִשְׁתֵּה הַמֶּלֶךְ ſicut, quaſi convivium regis, 1. Sam. 25. v. 36., מִמִּשְׁתֵּה הַיַּיִן à convivio vini, *i. e. ut habet Vulg.* de loco convivii, Eſth. 7. v. 7. *Plural. cum affix.* מִשְׁתֵּיכֶם (conſtituit) potus veſtros, Dan. 1. verſ. 10., וּמִיֵּין מִשְׁתָּיו & de vino potionum ejus, Dan. 1. v. 5., וּבְיֵין מִשְׁתָּיו & in vino potionum, *ſive* potuum ejus, Dan. 1. v. 8. וְיֵין מִשְׁתֵּיהֶם & vinum conviviorum ipſorum, Iſa. 5. v. 12., אָשִׁית אֶת־מִשְׁתֵּיהֶם ponam potus eorum, Jerem. 51. v. 39., וְיֵין מִשְׁתֵּיהֶם & vinum potuum eorum, Dan. 1. v. 16.

מִשְׁתֶּה *m. Chald.* convivium : *Occurrit in ſtatu emphat. mutato* ה *in* Jod, *ita* מִשְׁתְּיָא convivium, Dan. 5. v. 10.

* מְשֹׂת : *Inde* מִשְׂחוֹ *dictio compoſita, quam vide ſupra in nomine* שְׂאֵת *pag.* 805.

שָׁתַת *Radix inuſit. Sunt tamen multa, quæ prima ſpecie ex hac forma originem ducere videntur, ut* הִשְׁתַּחֲוָה, הִשְׁתַּחֲוֵיתִי *&c. Sed hæc ipſa vide ſupra in Hiph. verbi* שָׁחָה; *vide etiam ibidem inter nomina.*

שָׁתַל Plantavit : *Præter.* וְשָׁתַלְתִּי & plantabo, Ezech. 17. v. 22. *Partic. Pahul* כְּעֵץ שָׁתוּל ſicut arbor plantata, *ſive* lignum plantatum, Pſal. 1. v. 3., Jerem. 17. v. 8. *Fœm.* שְׁתוּלָה plantata, Ezech. 17. vv. 8. 10. *Plural. m.* שְׁתוּלִים plantati, Pſal. 92. v. 14. *Futur. cum affix. & Nun epenthet.* אֶשְׁתֳּלֶנּוּ plantabo illum, Ezech. 17. v. 23.

שָׁתִיל *m.* Planta, plantula : *Plural. conſtr.* כִּשְׁתִילֵי זֵיתִים, Pſal. 128. v. 3. *ubi tamen in accuratis exemplaribus legitur ſcriptum abſque* Jod *in medio*, ſicut plantulæ olivarum, *vel, ut habet Pagninus*, ſicut plantationes olearum ; *Vulg. vertit*, ſicut novellæ olivarum.

שׁוּתֶלַח Scuthélahh, *& juxta Vulg.* Suthala, *nom. propr. viri*, Num. 26. v. 35., 1. Paral. 7. v. 21.

הַשֻּׁתַלְחִי Haſcuthalhhí, *& juxta Vulg.* Suthalaitæ, *nom. propr. poſterorum* Suthalæ, Num. 26. v. 35.

שָׁתַם Aperuit, recluſit : *Alio in ſenſu, ſed cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro, vide infra : Particip. Pahul. conſtr.* הַגֶּבֶר שְׁתֻם הָעָיִן, Num. 24. vv. 3. 15. vir apertus oculis, *i. e.* cui oculi nunc illuſtrati ſunt *ad res futuras prævidendas ; ita Buxtorfius, aliique non pauci exponunt. At Vulg. & alii legerunt* שְׂתֻם, *videlicet cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro, quod non ſemel loco* ס *in* Scripturis Sanctis *uſurpatur :* סָתַם *autem, ſive* שָׂתַם *ſenſu opponitur τῷ* שָׁתַם : *hoc enim latinè ſonat*, aperuit ; *illud vero* obturavit, occluſit : *Vulg. itaque vertit*, homo, cujus obturatus eſt oculus. *In utraque tamen expoſitione ſtat firma ſacri textus ſententia, ut cuique orationis ſeriem conſideranti patet. Vide quod mox ſequitur.*

* שְׁתַם *Dictio compoſita, quam vide in* שׁוּת, *& inter nomina.*

שָׂתַם Obturavit, occluſit, obſtruxit : *Semel occurrit in pauſa*, Thren. 3. v. 8. *ita ſcil.* שָׂתַם ; *ſed hoc ipſum vide jam expoſitum ſupra in radice* סָתַם *pag.* 886.

שָׁתַן *in Kal inuſit. Inde Hiph.* הִשְׁתִּין minxit, perminxit, emictavit, urinam emiſit : *Particip.* מַשְׁתִּין בְּקִיר, 1. Sam. 25. vv. 22. 34., 1. Reg. 14. v. 10., 16. v. 11., 21. v. 21., 2. Reg. 9. verſ. 8., mingens ad parietem : *Futur.* אֶשְׁתְּנָן *vide ſupra in* שְׁנָה *Chald. pag.* 1712. *Sed* יִשְׁתּוֹן *vide ſupra in* שְׁתָה *Chald. pag.* 1778. *Item* יִשְׁתְּנוּן, יִשְׁתְּנָא *vide*

ſupra

ſupra in שְׁנָה Chald. pag. 1712. Item נִשְׁתְּוָן Chald. vide ſupra poſt נֶשֶׁת pag. 820.
* שְׁחִין plur. Chald. vide in שְׁתָה item Chald. pag. 1778.
* הִשְׁתַּנִּית Vide ſupra in Hithpb. verbi שָׁנָה pag. 1712.
* יִשְׁתַּנֵּא Chald. vide ſupra in שְׁנָה item Chaldaic. pag. 1712. Sed נִשְׁתְּוָנָא vide ſupra poſt נֶשֶׁת pag. 820.
* יִשְׁתַּנּוֹן Chald. vide ut ſupra pag. 1712.
* שְׁעֲתָא Chald. vide ſupra in שָׁעָה Chald. pag. 1723.
* כְּשֶׁתָּפוּל Dictio compoſita, quam vide ſupra in נָפַל pag. 775.
שָׁתַק Tacuit, conticuit, ſiluit, quievit: Futur. יִשְׁתֹּק מָדוֹן ſilebit, ſive conquieſcet contentio, jurgium, Prov. 26. v. 20. וְיִשְׁתֹּק הַיָּם, Jon. 1. vv. 11. 12., & conticeſcat, quieſcat, quieſcet mare: Plur. יִשְׁתֹּקוּ conticuerunt, ſiluerunt, ſive ſilebant, quieſcebant, Pſal. 107. v. 30.
* יִשְׁתַּקְשְׁקוּן Vide ſupra in radice שָׁקַק pag. 1757.
שָׁתַר Latuit, abſcondit ſe: Futur. plur. וַיִּשָּׁתְרוּ, 1. Sam. 5. v. 9. Sed hoc ipſum vide ſupra in radice סָתַר, ad quam omnium ſententia ſpectat, jam expoſitum pag. 887.
שֵׁתָר Scethár, nom. propr. ducis, Eſth. 1. v. 14.
שְׁתַר בּוֹזְנַי Scethár boznái, nom. propr. viri, Eſdr. 5. v. 3.
שָׁתַת Poſuit: Præter. plur. שָׁתוּ poſuerunt, Pſal. 73. v. 9. & intranſitive poſiti ſunt, ponuntur, Pſal. 49. v. 15. Reliqua vide ſupra in שׁוּת.
שְׁתוֹת; Inde cum affix. שְׁתוֹתֵיהֶם nates ipſorum, 2. Sam. 10. v. 4. Sed hoc ipſum vide ſupra in nomine שֵׁת pag. 1599.
שֵׁת m. Vide ſupra poſt שׁוּת pag. 1599. Aliud vide poſt שָׁשַׁר pag. 1776., שְׁתֵּי vero vide poſt שָׁתָה pag. 1778. Sed שְׁתַּיִם, שְׁתַּיִם, & שְׁתֵּי etiam cum præfix. & affix. vide ſupra in שְׁנַיִם poſt שָׁנָה pag. 1714. 1715.

* * * * * *
* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

ת

ת *Litera hac in numeris utuntur quandoque Hebræi pro* אַרְבַּע מֵאוֹת, *quæ literæ ſimul latinè exprimunt* quadringentos, quadringentas, quadringenta. *Hæc ipſa litera quandoque eſt* radicalis, *ſæpiſſime* ſervilis. *Quoties* ſervilis: I. *Ab initio nominum eſt* Heemantica; *in fine vero eorumdem nominum indicium eſt* generis fœminini: II. *Ab initio verborum, ſi ſola occurrat, tàm apud Hebræos, quàm apud Chaldæos formæt perſonam* tertiam fœmin. *necnon* ſecundam utriuſque generis, *&* *in ſingulari*, *&* *in plur.* Futurorum *cujuſque conjugationis; Sed una cum* ה, *ita ſcil.* הִתְ *characterem format* quartæ Conjugationis, *quæ ab Hebræis* Hithpah. *appellatur; apud Chaldæos autem una cum* א, *ita ſcil.* אִתְ *efformat omnes cujuſque verbi* paſſivas Conjugationes: III. *In fine eorumdem verborum conſtituit* ſecundas Præteritorum perſonas, *in ſingulari quidem ſe* ſola, *quoad* ſecundam perſonam *utriusque generis; &* *cum* Jod *affix. quoad* primam, *ita* תִּי, תָּ, *&* fœm. תְּ; *in plurali autem idem efficit, ſed una cum* Mem *in* maſc. *&* Nun *in* fœm. *ita* תֶּם, *&* תֶּן: *Apud Chaldæos inſuper efformat* perſonam tertiam ſing. fœm. Præteritorum: *Hactenus Guarin*, *Jca. Simon.*, *aliique*.

תָּא *m.* Thalamus, cubiculum, προκοιτὼν procœton, *ſive* excubitorium *ſtipatorum regis, vel principis*, cella, conclave, 1. Reg. 14. v. 28., 2. Paral. 12. v. 11. *ubi à Vulg. redditur* armamentarium. *A quibuſdam dictio hæc refertur ad* תָּאָה, *vel* תָּוָה, *ita ut* conclave *dicatur* תָּא, *quia* deſigna-

gnatum, & circumſcriptum: *Ab aliis autem à radice Arab.* ſubſiſtit, commoratus eſt, habitavit. *Cum præfix.* הַתָּא thalamus, Ezech. 40. vv. 7. 12. *Cum affix.* תָּאוֹ *vide mox in plur. Sed* תָּאוֹ *vide infra poſt* תָּאָה: *Plur.* הַתָּאִים, Ezech. 40. vv. 7. 16., & *conſtr.* תָּאֵי, Ezech. 40. v. 10., thalami: *Cum affix.* תָּאָו, Ezech. 40. vv. 21. 29. 33. 36., *quibus in locis Maſſorethæ monent legendum* תָּאָיו thalami ejus: *Item fœm. plur.* הַתָּאוֹת thalami.

תָּאַב Deſideravit, concupivit: *Præter.* תָּאַבְתִּי deſideravi, concupivi, Pſal. 119. verſ. 40. *Pihel* תִּאֵב averſatus, abominatus eſt; *quo quidem in ſenſu uſurpatur loco radicis cognatæ* תעב, *ut notat etiam R. Salomon*: *Particip.* מְתָאֵב abominans, abominor, deteſtor, Amos 6. v. 8.

תַּאֲבָה *f.* Deſiderium: *Cum præfix.* לְתַאֲבָה, Pſal. 119. v. 20. deſiderio, *ſive* ob deſiderium; *LXX. tamen, Vulg., aliisque eſt infinit. cum* ה *paragog. Unde vertunt* ad optandum, deſiderandum, deſiderare.

תָּאָה Determinavit, definivit, deſignavit. *Pih. Futur. plur.* תְּתָאוּ, Num. 34. vv. 7. 8., definietis, deſignabitis; *Vulg. ſenſum expreſſit: vertit enim*, termini incipient, pervenientes (uſque ad montem altiſſimum). *Hiph.* הִתְאָה: *Unde juxta quoſdam præter. plural.* וְהִתְאַוִּיתֶם לָכֶם, Num. 34. v. 10. hinc deſignabitis vobis: *Vulg. vero, mutata perſona, eſt interpretatus*, inde metabuntur. *Hanc tamen dictionem multi derivant à radice* אוה.

תַּאֲוָה *f.* Finis, terminus, *juxta quoſdam*: *Vide hanc ipſam dictionem ſupra poſt* אָוָה *pag.* 14. *Conſtr.* עַד תַּאֲוַת, Gen. 49. v. 26. uſque ad terminum: *At alii hoc referunt ad* אָוָה, *quod in Pih. latinè ſonat*, concupivit, deſideravit: *Inde* תַּאֲוָה concupiſcentia, deſiderium; *atque vertunt* uſque ad deſiderium; *ſive, ut habet Vulg.* donec veniret deſiderium. *Alia vide pag.* 14.

תְּאוֹ *m. Nomen propr. certi animalis; in cujus tamen ſpecie aſſignanda varii ſunt Interpretes: LXX. uno loco eſt* ὄρυξ oryx, capra *ſcil. quædam* ſilveſtris; *altero loco* σευτλίον, *i. e.* beta: *Aliis eſt* bubalus, bos ſilveſtris: *Priorem tamen hujusce dictionis expoſitionem, quam unam ſequitur Vulgat. eſſe cæteris præferendam, multis probat Bochartus in* Hieroz. Lib. III.

III. cap. XXVIII. *Occurrit cum præfix.* וּתְאוֹ & oryx, Deuter. 14. verſ. 5. *Item ex* תְּאוֹ *per metatheſin, vel Syriſmum* כְּתוֹא ſicut oryx, Iſa. 51. v. 20.

תַּאֲלָה; *Inde conſtr.* תַּאֲלַת, *&c. vide ſupra in radice* אָלָה.

תָּאַם Gemellos peperit: *Item* gemellus, duplex fuit; *Arab.* ſocium habuit in partu: *Particip. plural.* תּוֹאֲמִם, Exod. 36. v. 29. *&* תֹּאֲמִים, Exod. 26. v. 24. (erunt) gemelliparæ (tabulæ): *Chaldæus etiam eodem modo utramque vocem explicat, ita Buxtorfius. At alii vertunt*, (erunt) gemellæ: *Vulg. habet*, (erunt) conjunctæ; (erant) junctæ. *Item, juxta quoſdam, altera forma* תַּמִּים, *pro* תֹּאֲמִים geminæ, geminatæ, conjunctæ, Exod. 26. v. 24. *Hiph. partic. plur. fœm.* שֶׁכֻּלָּם מַתְאִימוֹת, Cant. 4. v. 2., 6. v. 6. quia, *vel* quæ univerſæ, *ſive* omnes ipſæ gemelliparæ (ſunt), *vel* gemellos pariunt: *Vulgat. vertit*, & omnes gemellis fœtibus.

תְּאוֹם *m.* Geminus, gemellus: *Plur.* תְּאוֹמִים, Gen. 38. v. 27. *& per Syriſmum* תוֹמִם, Gen. 25. v. 24., gemelli, gemini: *Conſtr.* תְּאוֹמֵי צְבִיָּה, Cant. 4. v. 5., gemelli, *ſive* gemini capreæ.

תְּאֹם *m.* Gemellus, geminus: *Plural. conſtr.* תָּאֳמֵי gemelli, Cant. 7. v. 4.

תָּאַן *Radix inuſitata. Inde nomen fœm.* תְּאֵנָה ficus, *arbor, ſcil. & fructus*, Gen. 3. v. 7. *&c. Sed* תַּאֲנָתָהּ *vide ſupra in* תֹּאֲנָה *pag.* 51. *Cum præfix.* הַתְּאֵנָה ficus, Jud. 9. v. 11., בַּתְּאֵנָה in ficu, *ſcil.* arbore, *ſive* in ficulnea, Jerem. 8. v. 13., לַתְּאֵנָה ad ficum *arborem*, Jud. 9. v. 10., מִתְּאֵנָה de ficu, Iſa. 34. verſ. 4. *Conſtr. cum affix.* וּתְאֵנָתִי & ficus mea, Joel. 1. v. 7., וּתְאֵנָתֶךָ & ficus tua, Jerem. 5. v. 17. תְּאֵנָתוֹ, 1. Reg. 4. v. 25., תְּאֵנָתָהּ, Hoſe. 2. v. 14., ficus ejus: וּתְאֵנָתָם & ficus, ficulnea eorum. Pſal 105. v. 33. *Plur.* תְּאֵנִים, Iſa. 38. v. 21., *&* הַתְּאֵנִים, Num. 13. v. 23. ficus; כַּתְּאֵנִים ſicut ficus, Jerem. 24. v. 5. *Conſtr.* כִּתְאֵנֵי ſicut ficus, Jerem. 24. v. 2. *Cum affix.* וּתְאֵנֵיכֶם & ficus veſtræ, Amos. 4. v. 9.

תְּאוֹן *m. Inde plur.* תְּאֹנִים *vide ſupra poſt* אָוֶן *pag.* 16.

תֹּאֲנָה *f. Vide ſupra ſub littera* א *pag.* 51.

תַּאֲנִיָּה *f. Vide ſupra in* אֲנִיָּה *pag.* 50.

שִׁלֹּה

תַּאֲנַת שִׁלֹה Thaanath Scilóh, *nom. propr. loci*, Joſ. 16. v. 6.

תָּאַר Definivit, delineavit, deſcripſit, formavit: *Præter.* וְתָאַר, Joſ. 15. vv. 9. 11., 18. vv. 14. 17. & definit, *juxta Buxtorfium*; *Alii paſſivè exponunt*, *ſcil.* definitus, circumſcriptus eſt. *Non deſunt autem multi*, *qui*, *petita ſignificatione à* תור, *vertunt*, circumflexit ſe, *ſive*, *ut exponit Vulg. orationis ſenſum ſequutus*, inclinatur, pertranſit. *Pih. futur. cum affix.* יְתָאֲרֵהוּ, Iſa. 44. v. 13. format, delineat, *ſive* formavit, delineavit illud. *Pyh. partic. juxta quoſdam*, הַמְּתֹאָר, Joſ. 19. verſ. 13. deſcribens, *ſive* gyrans, circuiens, *i. e. quæ per lineam circularem tendit*, *&* *ut habet Buxtorfius*, qui deſcribitur: *At LXX.*, *Vulgat. &* *aliis eſt nom. propr. civitatis in finibus Tribus Zabulon*, *redditurque* Amthár.

תֹּאַר *m.* Forma, ſpecies, delineatio, Gen. 29. v. 17. *&c.* *Cum præfix.* כְּתֹאַר ſicut forma, *i. e. ut expoſuerunt LXX.* ὡς ὁμοίωμα ad ſimilitudinem, Jud. 8. v. 18. *Cum affix.* מַה־תָּאֳרוֹ, 1. Sam. 28. v. 14. qualis *eſt* forma ejus? *Et* Cholem *manente*, וְתֹאֳרוֹ & forma ejus, *vel* illius, Iſa. 52. v. 14., תָּאֳרָם forma, *ſive juxta LXX. & Vulgat.* facies eorum, Thren. 4. v. 8.

תַּאְרֵעַ Thaerehhá, *& juxta Vulg.* Tharàa, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 8, v. 35.

תֵּבֵא *Vide ſupra in* אָבָה *pag.* 2. *Sed* כְּתָבָא *vide ſupra poſt* כתב *pag.* 578.

תְּבוּאָה *f.* Proventus, *&c. vide ſupra poſt* בוא *pag.* 93.

תָּבָה *Radix Hebræis inuſitata*: *Arab.* congregatus eſt; *item* collegit. *Inde nomen Hebr.* תֵּבָה *f.* arca, *in quam res* congregantur, *&* colliguntur: *Cum præfix.* הַתֵּבָה arca, Gen. 6. v. 14. *&c.*, בַּתֵּבָה in arca, Geneſ. 8. v. 1. *Conſtr.* תֵּבַת arca, Gen. 6. v. 14., Exod. 2. v. 3. *ubi Vulg. vertit* fiſcellam.

תֵּבֵל *f.* Orbis, *terra habitabilis*, *& frugifera*, 1. Sam. 2. v. 8. *&c. Sed cum duplici* Sægol, *ſcil.* תֶּבֶל *vide mox infra*: *Cum præfix.* בְּתֵבֵל in orbe, Prov. 8. v. 31., וּמִתֵּבֵל & de orbe, Job. 18. v. 18.

תֶּבֶל *m.* Confuſio, *&c. vide ſupra poſt* בָּלַל *pag.* 111.

תֻּבַל Thuvál, *nom. propr. filii Japhet*, Gen. 10. v. 2. *Vide, quæ mox ſequuntur*.

תּוּבַל Thuval, Iſai. 66. verſ. 19. *nomen propr. oriundorum ex* Thubal; *ſed in eorumdem ſede, ſive regione aſſignanda varii ſunt Interpretes. Vulg. & Chaldæis eſt* Italia; *Joſepho* Iberia; *Euſebio* Illyria, *ſive* Illyricum: *Sed, & aliis prætermiſſis hac de voce ſententiis, Bocharto in* Geographia ſacra Lib. III. cap. XII. *eſt* Tibaris regio, *ubi* Tibareni populi, Pontica *ſcil.* gens, *ſupra Cappadociam ſita*.

תּוּבַל־קַיִן Thuval-Káin, *nomen proprium filii Lamech*, Gen. 4. verſ. 22.

תַּבְלִית *f.* Flagitium, ſcelus, *à verbo* בָּלַל: *Inde cum affix.* עַל־תַּבְלִיתָם ſuper ſcelus eorum: *Nonnulli hoc referunt ad* בָּלָה conſumtus eſt; *ſed rectius ad* בָּלַל *Vulgat. & alii referunt*.

תֶּבֶן *m.* Stramen, palea, Gen. 24. v. 25. *&c. præfix.* הַתֶּבֶן palea, Exod. 5. v. 13., כַּתֶּבֶן ſicut palea, Job. 21. v. 18., לַתֶּבֶן Exod 5. v. 12., & לְתֶבֶן, Job. 41. v. 19. pro palea. *Inde cum* מ *heemant.* מַתְבֵּן, Iſa. 45. verſ. 10. palea, ſtramen.

תִּבְנִי Thivní, *nom. propr. viri*, 1. Reg. 16. v. 21.

תַּבְנִית *f.* Structura, *&c ſpectat ad* בָּנָה, *ubi vide pag.* 116.

תְּבוּנָה; *Item conſtr.* תְּבוּנַת *cum affix. & præfix. vide ſupra poſt* בון *pag.* 96.

תֵּבֵץ Thevetz, *nom. propr. urbis terræ Chananææ*, Jud. 9. v. 50., 2. Sam. 11. v. 21.

תְּבַר *Chald.* fregit, *ab Hebr.* שׁבר: *Inde Partic. Pehil fœm.* תְּבִירָה fractum, fragile, *& juxta Vulgat.* contritum, Dan 2. v. 42.

תָּבוֹר Thavór, *nom. propr. montis in medio Galilææ*, Pſal. 89. v. 13., Jerem. 46. v. 18.

תִּגְרָה *f. Inde* מִתִּגְרַת *vide ſupra poſt* גָּרָה.

תֹּגַרְמָה Thogarma, *nom. propr. viri*, Gen. 10. v. 3.

תַּדְמֹר Thadmor, *& juxta Vulgat.* Palmira, *nom. civitatis in Syria*, 1. Reg. 9. v. 18., 2. Paral 8. v. 4.

תִּדְעָל Thidhhál, *& juxta Vulg.* Thadàl, *rex gentium*, Gen. 14. verſ. 1.

תדירא *Dictio Chaldaic. reſpondens Hebræo* תָּמִיד *: Occurrit cum præfix.* בִּתְדִירָא, Dan. 6. vv. 17. 21. ſemper, jugiter.

תהה *Radix Hebræis inuſitata : Sed Chald. ſonat,* ſtupuit : *item* vaſtus, inanis fuit. *Inde Hebr. nomen* תֹּהוּ *m.* vaſtitas, inanitas, Iſa. 24. v. 10., 34. v. 11. *Metonymicè* locus, & res vaſta, *atque* inanis, Gen. 1. v. 2., 1. Sam. 12. v. 21. *Item adverbialiter* fruſtrà, inaniter, Iſa. 45. v. 19. *Cum præfix.* הַתֹּהוּ inane, vanum, 1. Sam. 12. v. 21., בַּתֹּהוּ, Job. 12. v. 24., & בַּתֹּהוּ, Job. 6. v. 18. in inanitate, in nihilum, fruſtrà : כַּתֹּהוּ ſicut inane, Iſa. 40. v. 23., לְתֹהוּ ſine cauſa, inaniter, Iſa. 49. v. 4.

תְּהִלַּת, *item* תְּהִלָּה *Vide ſupra poſt* הָלַל *pag.* 231.

תהם *Radix inuſit. Inde nom.* תְּהוֹם *com.* vorago, abyſſus, *i. e. locus aquarum multarum, & ipſa aqua multa ; ſive aquarum in genere multitudo, profunditas, & moles*, Gen. 1. v. 2., 7. v. 11. &c. *Cum præfix.* וּמִתְּהוֹם & de abyſſo, Deut. 33. v. 13. *Plur.* תְּהוֹמוֹת, Pſal. 33. v. 7., & תְּהֹמֹת, Exod. 15. vv. 5. 8., abyſſi : *Cum præfix.* בַּתְּהֹמוֹת in abyſſis, Pſal. 106. v. 9., כַּתְּהֹמוֹת ſicut in abyſſis, *ſive* ex abyſſis, Pſal. 78. v. 15., וּמִתְּהֹמוֹת & ex abyſſis, Pſal. 71. v. 20.

תוא *Vide ſupra poſt* תָּאָה *in nomine* תְּאוֹ *: Sed* תְּאוֹ *; item plural. m.* תְּאֵי, תְּאָיו, הַתָּאִים, *& fœm.* הַתָּאוֹת *vide ſupra in* תָּא.

תוב *Chald.* rediit, reverſus eſt : *Futur.* מַנְדְּעִי יְתוּב עֲלַי, Dan. 4. v. 33., intellectus meus reverſus eſt in me, *ſive* ad me. *Aphel* הֲתִיב redire fecit, reddidit, retulit : *item* reſpondit, *q. d.* verba reddidit, *ſive* retulit : *Præter.* הֲתִיב עֵטָא, Dan. 2. v. 14. *cum Buxtorfio quidam vertunt*, retulit conſilium ; *Vulg. habet*, requiſivit de lege : *Plur. cum affix.* הֲתִיבוּנָא reſponderunt nobis, Eſdr. 5. v. 11. *Infin. cum affix.* לַהֲתָבוּתָךְ ad reſpondendum, *ſive* reſpondere tibi, Dan. 3. v. 16. *Futur. plur.* יְתִיבוּן נִשְׁתְּוָנָא, Eſdr. 5. v. 5., reſponderunt decreto, *ita Buxtorfius ; ſed rectius alii vertunt*, reddebant, referebant, *ſive* redderent, referrent decretum ; *Vulgat. ſenſum optime expreſſit reddens*, ſatisfacerent : *Item ſervata forma characteriſtica* ה *loco* א, יַהֲתִיבוּן reddant, reſtituant, Eſdr. 6. v. 5.

Digitized by Google

תּוּגַת *fœm.* Tædium *&c. Item conſtr.* תּוּגַת *vide ſupra in* יָגָה *pag.* 411.

תּוֹגַרְמָה Thogarmá, *nom. propr. regionis, incertæ tamen apud Criticos*, Ezech. 27. v. 14.

תּוֹדָה *f.* Laus *&c. Conſtr.* תּוֹדַת, *Plur.* תּוֹדוֹת, *&* תּוֹדֹת *vide ſupra poſt* יָדָה *pag.* 415.

תּוּהּ *Chald.* expavit, trepidavit, *juxta Buxtorfium; At Vulg. Joa. Simoni, aliisque eſt*, obſtupuit, Dan. 3. v. 24.

תָּוָה *in Kal inuſit. Inde Pih.* תִּוָּה ſignavit, deſignavit, deſcripſit, circumſcripſit, definivit: *Futur. contracte* וַיְתָו, *pro* וַיְתַוֶּה, 1. Sam. 21. v. 14., & ſignabat, *ſive* ſignavit, deſcripſit; *Vulgat. vertit*, & impingebat. *Hiph. præter.* וְהִתְוִיתָ תָּו & ſignabis ſignum, Ezech. 9. v. 4. *Plur.* הִתְווּ, Pſalm. 78. v. 41. circumſcripſerunt, determinarunt; *Verum LXX. ſunt interpretati*, παρώξυναν, *i. e. ut habent cum Vulg. multi*, exacerbaverunt, contriſtarunt; *quæ quidem expoſitio ex ſenſu radicis Syr.* תוא, *& Chald.* תהה *derivata videtur: Nam &* תוא, *&* תהה *ſonant latinè*, pœnitere, *vel* dolere fecit, contriſtavit: *Sed & illi, quorum virtus, ſive potentia* circumſcribitur, limitatur, *certè* contriſtantur, exacerbantur: *In Hebraico itaque textu aſſignatur ratio, ſive cauſa; in LXX. autem verſione effectus: Ad* תָּוָה *referunt nonnulli illud* Num. 34. v. 10. וְהִתְאַוִּיתֶם, *ſed hoc vide ſupra in* תָּאָה: *Eſt enim dictio compoſita ex duobus, videl.* תוה, *&* תאה.

תָּו *m.* Signum, *effectus ſcil.* ſignaturæ, Ezech. 9. v. 4. *Cum præfix.* הַתָּו, Ezech. 9. v. 6. *Vulg. utrobique dictionem Hebræam retinuit, ſcil.* thau. *Cum affix.* תָּוִי, Job. 31. v. 35., ſignum meum, *i. e.* deſignatio ad cauſæ meæ defenſionem; deſignationis *autem nomine intelligitur* tabula ſignata, *qua cauſa defenditur in judicio: Multis tamen τὸ* תָּוִי *eſt* תַּאֲוָתִי deſiderium meum; *& ita exponit etiam Vulg.*

תּוֹחַ Thuác, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 6. v. 19.

תּוּךְ *Radix Hebræis inuſitata: Syris autem eſt* quieſcere. *Inde, ut quidam arbitrantur, ſunt nomina, quæ ſequuntur.*

תָּוֶךְ *m.* Medietas, medium, centrum, *in quo ſcil. res circumſtantes* quieſcunt: *Cum præfix.* עַמּוּדֵי הַתָּוֶךְ columnæ medii,

medii, *i. e.* medianæ, Jud. 16. v. 19., בְּשַׁעַר הַתָּוֶךְ in porta medii, *i. e.* mediana, *ſive* media, Jerem. 39. verſ. 3. בַּתָּוֶךְ in medio, *ſive* per medium, Gen. 15. v. 10. *Conſtr.* אֶל־תּוֹךְ הַיָּם in, *ſive* per medium maris, Exod. 14. v. 23. *Sed alia ejuſdem formæ, diverſi autem ſenſus*, תּוֹךְ *ſcil.* & תֹּךְ *vide infra poſt* חָכַךְ: *Cum præfix.* בְּתוֹךְ הַמָּיִם in medio aquarum, Gen. 1. v. 6., מִתּוֹךְ de, *ſive* è, ex medio, Gen. 19. v. 29. *&c. Cum affix.* בְּתוֹכִי in medio mei, Pſal. 183. v. 4., בְּתוֹכֵנוּ in medio noſtri, & *juxta Vulg.* apud nos, Gen. 23. v. 6., תּוֹכְךָ medium tuum, & *juxta Vulg.* interiora tua, Ezech. 28. verſ. 16., מִתּוֹכְךָ de medio tui, Ezech. 28. v. 18., בְּתוֹכֵךְ in medio tui, Ezech. 28. v. 22. & *ex Chaldaiſmo, ſive cum* Jod *redundante in fine, fortè metri cauſa*, בְּתוֹכֵכִי, Pſal. 116. v. 19., 135. v. 9. in medio tui: בְּתוֹכְכֶם, Gen. 23. v. 9., בְּתֹכְכֶם, Gen. 35. v. 2., in medio veſtri: מִתּוֹכְכֶם de medio veſtri, 1. Sam. 7. v. 3., תּוֹכוֹ medium ejus, & בְּתוֹכוֹ in medio ejus, Levit. 11. v. 33., *item* בְּתוֹכָהּ in medio ejus, Gen. 41. v. 48., מִתּוֹכָהּ de medio ejus, Iſa. 52. v. 11., תּוֹכָם (in) medium eorum, Nehem. 4. v. 5., בְּתוֹכָם in medio eorum, Exod. 25. v. 8., מִתּוֹכָם de medio eorum, Exod. 7. v. 5. *Item cum* ה *tàm epentbetico, quàm paragogico*, בְּתוֹכְהֶנָה, Ezech. 16. v. 53. in medio earum.

תִּיכוֹן *m.* Medius, medianus: *Cum præfix.* הַתִּיכוֹן, Ezech. 47. v. 16., medium, *à Vulg. redditur* Tichon: & *abſque* Vau, הַתִּיכֹן, Exod. 26. v. 28., medium: *Fœm.* הַתִּיכֹנָה, 1. Reg. 6. verſ. 8., 2. Reg. 20. verſ. 4. medium, media: לַתִּיכוֹנָה in medium, Ezech. 41. verſ. 7. *Plur.* וּמֵהַתִּיכֹנוֹת וּמֵהַתִּיכוֹנוֹת, Ezech. 42. vv. 5. 6. & ex mediis, *ſive* medianis.

תור Exploravit, ſcrutatus eſt, inveſtigavit, inquiſivit, circumeundo *ſcilic.*, *ut quidam volunt*, & in gyrum, perluſtravit, exploravit circumquaque: *Præter.* תַּרְתִּי inveſtigavi, ſcrutatus ſum, & *juxta Vulg.* cogitavi, Eccl. 2. v. 3. *Plur.* תָּרוּ exploraverunt, & *juxta Vulg.* inſpexerant, Num. 13. v. 32., תַּרְתֶּם exploraſtis, ſcrutati eſtis, Num. 14. v. 34. *Partic. plur.* מִן־הַתָּרִים ex exploratoribus, *ſive* ex iis, qui perluſtraverunt (terram), Numer. 14. v. 6.

Item

Digitized by Google

Item, juxta quoſdam הַתָּרִים, 1. Reg. 10. v. 15., *&* 2. Paralip. 9. v. 14. *ſunt* mercatores, *dicti* הַתָּרִים, *quòd varias terras* circumeuntes perluſtrent. *Et cum utrobique immediatè addatur altera ſynonima dictio, videlicet* וּמִסְחַר, *&* הַסֹּחֲרִים, *quæ etiam* mercatores, *ſive* negotiatores *ſignificat: Hinc R. David putat,* הַתָּרִים *eſſe* mercatores minores, *qui videl.* multum ſcrutantur, *quæ emunt, & quæ vendunt;* סֹחֲרִים *autem eſſe* majores. *At contrà R. Levi, quem ſequuntur Guſſetius, & alii è Recentioribus, vult,* הַתָּרִים *eſſe* majores mercatores, *qui ſcil. procul diſſitas regiones* perluſtrantes, *rariſſima quæque* conquirunt, *&* undequaquè perveſtigant; *alios vero* minores *deſignari per* סֹחֲרִים. *Vulgat. tandem non verba, ſed ſenſum utrobique exponens vertit,* (viri), qui ſuper vectigalia erant; *&* legati diverſarum gentium. *Occurrit hæc ipſa dictio* Num. 21. v. 1., *ſed cum protheſi* Aleph, *ita* דֶּרֶךְ הָאֲתָרִים via exploratorum: *Infin.* לָתוּר ad explorandum, Num. 10. v. 33., מִתּוּר ab explorando, Num. 13. v. 25. *Futur. plur.* תָּתוּרוּ exploretis, *ſeu* curcumeatis. Num. 15. v. 39., וְיָתֻרוּ & explorent, Num. 13. v. 2., וַיָּתֻרוּ & exploraverunt, Num. 13. v. 21. *Hiph. futur.* יָתֵר, Prov. 12. v. 26. explorat, *ita quidam reddunt; aliis autem eſt nomen. Sed hoc ipſum vide ſupra poſt* יֶתֶר *inter nomina pag.* 519. *Vide etiam ibidem multa ejuſdem formæ, quæque ad hanc radicem* תור *ſpectare prima fronte videntur, vide inquam inter nomina, & in ipſo verbo* יָתַר: *Plur.* וַיָּתִירוּ, Jud. 1. v. 23., & explorari fecerunt, *ſive* curarunt; *Vulg. vertit* & cum obſiderent, *i. e. ut quidam exponunt*, latenter adveniſſent, ut obſiderent.

תּוֹר, *&* תֹּר *m. Eſt*: I. Periodus, ordo, ſeries circumiens, Eſth. 2. vv. 12. 15. II. Conditio, diſpoſitio, ratio: *Cum præfix.* וּרְאִיתַנִי כְּתוֹר הָאָדָם הַמַּעֲלָה, 1. Paral. 17. v. 17., & aſpexiſti me ſecundum diſpoſitionem, *ſeu* conditionem, rationem hominis gradus, *ſive* dignitatis excelſæ: *Vulg. ſenſum optimè expreſſit.* III. Turtur, *avis ſcilicet à voce, quam edit,* תור *dicta: Sunt, qui ab* explorando, *quòd ſcil. anni tempeſtates* exploret, *nomen accepiſſe, contendunt: Occurrit* Gen. 15. v. 9., Levit. 12. v. 6., Jerem. 8. v. 7. *& cum præfix.* הַתּוֹר turtur, Cant. 2. v. 12. *Cum affix.* תּוֹרְךָ

Digitized by Google

נֶפֶשׁ תּוֹרֶךָ, Pſalm. 74. v. 19. (nè tradas beſtiis) animam turturis tuæ, *i. e. ut LXX. explicarunt* ψυχὴν ἐξομολογουμένην animam, quæ confitetur te, *quæ ſcil. inſtar turturis flebili, & querula voce, cum metu, & tremore te colit* : *Plur.* שְׁתֵּי תֹרִים, Lev. 5. v. 7., 12. v. 8., 15. vv. 14.29., duo turtures : מִן־הַתֹּרִים de turturibus, Levit. 1. v. 14., 14. v. 30. IV. Torques, *dictum* תּוֹר, *quod collum* circumeat : *Plur.* בַּתּוֹרִים, Cant. 1. v. 10., inter torques, *ita quidam reddunt* : *At Buxtorfius habet* inter ordines, *ſcil.* lapillorum, *vel* gemmarum : *LXX. vertunt*, ὡς τρυγόνος, *i. e.* ſicut turturis; *videntur legiſſe* כַּתּוֹר : *Conſtr.* תּוֹרֵי זָהָב, Cant. 1. v. 11., ordines, *ſive* torques auri, *ut frons*, & *fræna equorum ornari ſolent*; *Vulgat. vertit* murenulas aureas. *Vide aliud, quod ſequitur*.

תּוֹר *m. Chald.* bos, *ab Hebræo* שׁוֹר, *mutato* ש *in* ת : *Plur.* וּבְנֵי תוֹרִין, Eſdr. 6. v. 9., & filii boum, *i. e.* juvenculi; *Vulg. vertit*, & vitulos : *Cum præfix.* כְּתוֹרִין, Dan. 4. vv. 22. 29. 30., ut boves.

יָתוּר *maſc.* Exploratio, exploratum, *&c. Vide ſupra poſt* יָתַר *pag.* 519.

תּוֹרָה Forma, ratio, conditio : *Item* lex; *ſed hoc in ſenſu vide ſupra poſt* יָרָה *pag.* 495. *Conſtr.* וְזֹאת תּוֹרַת הָאָדָם, 2. Sam. 7. v. 19. & hoc ratione hominis, *i. e.* humana.

תוּשׁ *Radix Hebræis inuſitata. Inde formam habere videtur nomen* תַּיִשׁ caper : *Sed hoc ipſum vide infra ſuo loco pag.* 1796. *Item* תּוּשִׁיָּה *f.* juſtitia, lex, *&c. vide ſupra poſt* יֵשׁ *pag.* 507.

תָּזַז Abſcidit, amputavit, reſecuit, *radix in Kal inuſitata. Inde Hiph. præter.* הֵתֵז : *Sed in pauſa* הֵתַז amputavit, Iſa. 18. v. 5. *ubi Vulg. habet*, excutientur.

* תַּזְנוּת *f. Vide ſupra poſt* זָנָה *pag.* 268.

תָּחָה *Radix inuſitata. Inde prima ſpecie videntur eſſe*, תַּחְתִּי, *&c. quæ tamen vide infra poſt* תַּחַת *proprio loco* : *Item* תְּחוֹת *Chald. vide poſt* תַּחַת, *ſicuti &* תַּחְתּוֹן.

תֹּחוּ Thohú, *nom. propr. viri*, 1. Sam. 1. v. 1.

* תַּחְכְּמֹנִי *Vide ſupra poſt* חָכְמָה *in nom.* חַכְמוֹנִי *pag.* 310.

* תַּחֲלֻאִים *Vide ſupra poſt* חָלָה *pag.* 314.

* תַּחְמָס *Vide ſupra poſt* חָמַס *pag.* 329.

Digitized by Google

תחן *Radix inuſitata : Inde videtur eſſe* תַּחֲנֹתִי , *quod tamen ſpectat ad* חָנָה , *ubi vide in nom.* תַּחֲנוֹת *pag.* 334.

תַּחַן Thahàn , *nom. propr. virorum* , Num. 26. v. 35. , 1. Paralip. 7. v. 25.

תְּחִנָּה *f.* Deprecatio , *&c. vide ſupra poſt* חָנַן *pag.* 337. *Vide etiam quæ ſequuntur* .

תְּחִנָּת Thihinàh , *nom. propr. viri* , 1. Paral. 4. v. 12.

תַּחֲנִי Thahaní , *& juxta Vulg.* Théhenitá , *nom. propr. familiæ* , Num. 26. v. 35.

תְּחַפְנְחֵס Thihaphnehes , *nom. propr. civitatis Ægypti* : *Cum præfix.* וּבִתְחַפְנְחֵס & in Thehaphnehés , *juxta autem Vulg.* in Taphnis , Ezech. 30. v. 18.

תַּחְפְּנֵים. Thahphenés , *uxor Pharaonis* , 1. Reg. 11. v. 19.

תחר *in Kal inuſit. Inde , uti quibuſdam videtur , efformatum Pihel* תִּחֲרָה miſcuit , commiſcuit ſe , contendit , irritavit . *Sunt , qui Conjugationem hanc derivant à* תַּחַת ſub , *&* חָרָה exarſit , *ut ſi quis iratus alios tamquam* inferiores *deſpicit , &* provocat *ad certamen . Partic.* מְתַחֲרֶה בָּאֶרֶז , Jerem. 22. v. 15. , miſcens , *ſive* miſces te , *i. e.* contendis , *& juxta Vulg.* confers te cum cedro : *Futur.* תְּתַחֲרֶה אֶת־הַסּוּסִים miſcebis te , *id eſt* contendes cum equis , Jerem. 12. v. 5. *Hithph. futur. per apocopam* תִּתְחַר *vide ſupra in* חָרָה *pag.* 359.

תַּחֲרָא *m.* Exod. 28. v. 32. , 39. v. 23. *variè redditur* : *LXX. eſt συμϐολὴ συνυφασμένη , i. e.* commiſſura contexta ; *Buxtorfio , & aliis* lorica , thorax , pectorale : *Vulgat. habet* in extremis veſtium partibus .

תַּחְרֵעַ Thahreah , *& juxta Vulgat.* Tharaá , *nom. propr. viri* , 1. Paral. 9. v. 41.

תחש *m. Varie exponitur . Nam , ut refert Bochartus in* Hieroz. Lib. III. cap. XXX. *non paucis fuit , & eſt* animal , *è cujus ſcil.* pelle *Tabernaculi tegumentum efformatum volunt* : *In ejuſdem tamen animalis ſpecie aſſignanda diſcrepant maxime . Veteres Hebræi exponunt* animal חלא אילן , *i.e.* viverræ *ſpeciem , qua cuniculos venantur* : *Aliis eſt* melis , *ſive* taxus *animal* , *quod quidem antiquis parum notum , & ejus in* pelliceis *rarus uſus* : *Aliis eſt* animal unicorne ; *quod , Tabernaculo confecto , ſtatim evanuit . Quorum omnium ſententia veteribus multis* ,

multis, ac recentioribus minime probatur; ſed exiſtimant, atque defendunt, τὸ תחש çoloris *nomen eſſe. Atque Græci quidem reddunt ὑακίνθινον, ἰάνθινον, πεπυρωμένον: Samaritani vero* nigrum; *Arabes* nigrum, *&* cæleſtem; *Chaldæi, & Syri* hyſginum colorem *vertunt: Cæterum* hyacinthus, janthinus, byſſinus, hyſginus colores *inter ſe ſimiles, & ad* purpureum *accedentes: Haſtenus Bocbartus, qui etiam in eo eſt totus, ut probet,* תחש *voce non aliquod* animalis genus, *ſed* colorem hyſginum, *aut* hyacinthum *ſignificari. Vulg. ubique reddit* janthinum: *Occurrit* Num. 4. vv. 6. 8. *&c. Cum præfix.* הַתַּחַשׁ janthinus, Num. 4. v. 25. *Plur.* תְּחָשִׁים, Exod. 25. v. 5., *&* הַתְּחָשִׁים, Exod. 39. v. 34. (pelles) janthinæ.

תַּחַשׁ Thahaſc, *nom. propr. viri*, Gen. 22. v. 24.

תחת Demiſſus, depreſſus, humilis, inferior fuit, *ſignificatione apud Æthiopes adbuc uſitata. Inde eſt,*

תַּחַת, *& in pauſa* תָּחַת *m. Dictio Hebræa, quæ pro varia ſententiarum, quas comitatur, natura, varia & illa notat. Atque* I. *metonymice eſt* pars, *ſive* locus inferior, *vel* ſub pedibus ſtratus; *& etiam cum verbis* ſitum *ſignificantibus nudum* locum *notat, ut* 1. Sam. 14. v. 9. II. *Eſt ſæpiſſime* præpoſitio *notans* ſub, *ut* Gen. 7. v. 19., Jud. 4. v. 5. *&c. Item* pro, *ratione ſcil.* compenſationis, retributionis, *ſeu* pretii, *ut* Gen. 30. v. 15., Exod. 21. v. 3. *&c., & ratione* ſubrogationis, *ſeu* vicis, *ut* תַּחַת אָבִיו, Levit. 16. v. 32. pro patre ſuo, *i. e.* loco patris ſui: *Item* per, propter, Job. 30. v. 14., Prov. 30. vv. 21. 22. 23., תַּחַת מָה, Jerem. 5. v. 19. propter quid, quare? *Item* apud, prope, Deut. 3. v. 17., 4. v. 49. *ubi Vulg. vertit* ad, *&* uſque ad: *Item* à, ab, in, *ut* תַּחַת אִישֵׁךְ, Numer. 5. v. 20. à viro, *ſive* marito tuo: תַּחַת מַצַּב, Joſ. 4. v. 9. in ſtatione: *Sed* תַּחַת הֱיוֹתֵךְ, Iſa. 60. v. 15. eo quod, propterea quod fuiſti: *& ita juxta quoſdam exponendum illud* Job. 34. v. 26., תַּחַת־רְשָׁעִים propterea quod *ſint* improbi: *At alii reddunt* propter impietates: *Vulgat. babet* quaſi impios. III. *τὸ* תַּחַת *eſt* adverbium, *ſcil.* infrà, inferne, ſubtus, ſubter, deorſum, *ut* Gen. 49 v. 25., Deuter. 33. v. 13. IV. *Cum particulis ſeparabilibus*, אֶל־תַּחַת pro, *ſive* in locum,

cum, Levit. 14. v. 42., אֶל־תַּחַת יָדִי, 1. Sam. 21. v. 5., ſub manu, *id eſt* ſub poteſtate mea: אֶל־תַּחַת כַּנְפֵי, 1. Reg. 8. verſ. 6., ſub alis, *& juxta Vulgat.* ſubter alas: אֶל־תַּחַת הָאוֹצָר, Jerem. 38. v. 11. ſub ærario, *ſive* theſauro, *i. e.* ad locum, qui ſub ærarium; *Vulg. habet* (domum regis), quæ erat ſub cellario. *Sed, ſequente* אֲשֶׁר, *vel* כִּי, *eſt fere ſemper* conjunctio cauſalis, *videl.* eo quod, propterea quod, quia, *ut* תַּחַת אֲשֶׁר עִנִּיתָהּ, Deut. 21. v. 14., propterea quod, *ſive* quia compreſſiſti, *ſive* humiliaſti eam; *& ita* 1. Sam. 26. verſ. 21. *&c. Sed* Deut 28. verſ. 26. *τὸ* תַּחַת אֲשֶׁר *reddendum* etiamſi, *ſive* quamvis: וְתַחַת כִּי אָהַב, Deut. 4. v. 37 & quia dilexit: תַּחַת כִּי־שָׂנְאוּ, Prov. 1. v. 29. quia oderunt, *ſive* exoſam habuerunt: *Cum præfix.* הֲתַחַת אֱלֹהִים אָנֹכִי, Gen. 30. v. 2., an loco Dei, *ſive* pro Deo ego? הֲתַחַת אֱלֹהִים אָנִי, Gen. 50. v. 19. annon infra Deum, *ſive* ſub Deo ego? *Vulg. ſenſum ibidem plenè expreſſit*: הֲתַחַת זֹאת, 2. Sam. 19. v. 22., an, nunquid propter hoc? מִתַּחַת ſub, infra, *ſive* à parte inferiore, Gen. 1. v. 7., Exod. 30. v. 4. *&c. Item* de ſub, *i. e.* a, ab, *ut* מִתַּחַת סִבְלֹת, Exod. 6. v. 6. de oneribus (Ægyptiorum): Apud, juxta, *ut* מִתַּחַת לְבֵית־אֵל תַּחַת הָאַלּוֹן, Gen. 35. v. 8., juxta Bethel ſub quercu; *Vulg. vertit*, ad radices Bethel ſubter quercum: *Item* inferne, deorſum, Exod. 20. v. 4. *&c.*, עַד־מִתַּחַת לְבֵית כָּר, 1. Sam. 7. v. 11. uſque ad partem, *ſive* locum inferiorem Bethchar: *& cum* ה *paragog.* וּמִתַּחְתָּה לְשָׁכוֹת, Ezech. 42. v. 9. *ubi tamen Maſſorethæ volunt τὸ* ה *referendum ad vocem ſequentem, atque ita legendum* וּמִתַּחַת הַלְּשָׁכוֹת & verſus partem inferiorem conclavium; *Vulg. vertit*, & erat ſubter gazophylacia: לְמִתַּחַת ſub, ſubter, 1. Reg. 7. v. 32. *Cum affix.* תַּחְתַּי *vide infra ſuo proprio loco*: *Plur. ſive duale* תַּחְתָּי ſub, *ſive* ſubtus me, Pſal. 18. vv. 37. 40. 48., contra me, Ezech. 23. v. 5., *item* pro me, *ſive* poſt me, 1. Reg. 1. vv. 30. 35. *& alia forma* תַּחְתֵּנִי, 2. Sam. 22. vv. 37. 40. 48. ſub, *ſive* ſubtus me: תַּחְתֶּיךָ pro te, 2. Sam. 19. v. 1., Iſa. 43. vv. 3. 4. *item* loco tui, *ſive* poſt te, 1. Reg. 5. verſ. 5., מִתַּחְתֶּיךָ de ſub te, ſubter te, Prov. 22. v. 27., תַּחְתָּיו, *vel* תַּחְתָּו ſub eo, Exod. 17. v. 12. *&c.*, loco ejus, *vel*

ſuo,

